BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 B
54

512

2

FRANCISCI ZOANNETTI

BONONIENSIS I.V. DOCTORIS, Equitiſq; aurati, & Sacratiſsimi Imperatoris FERDINANDI Primi etc. Conſiliarij, ac in Celeberrimo Ingolſtadienſi Gymnaſio ordinarij legum Profeſſoris Primarij:

De Romano Imperio ac eius Iuriſdictione
Liber
in Rubricam. C. de milit. teſtam.

Ad eundem Cæſarem Auguſtum, FERDINANDVM Primum.

De Primatu Prioris geniti Regum Magnorumq́; Principum Romani orbis
Liber
in. l. Cùm quid. ff. ſi cert. petat.

De duplici Venatione cùm generali tùm ſpeciali
Noua tractatio
in. L. In pecudum fructu. ff. de Vſur.

Ad MAXIMILIANVM Secundum, Romanorum Regem Inuictum.

Cum Gratia & Priuil: Sac: Ro: Regiæ Maieſtatis.

13-6-B-54

MANDATVM REGIVM
ex ipſo Autographo deſumptum.

MAXIMILIANVS SE*cundus, Dei gratia Romanorum, ac Germaniæ & Bohemiæ Rex, ſemper Auguſtus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ etc. Vuirtembergæ etc. Marchio Morauiæ, Lucemburgi, ac Superioris et Inferioris Sileſiæ Dux, Marchio Luſatiæ etc. Comes in Habſpurg, Flandriæ et Tyrolis etc. Recognoſcimus & notum facimus tenore præſentium. uniuerſis. Quum noſter, & ſacri Imperij fidelis dilectus, Franciſcus Zoannettus Bononienſis I.C. ſacræ Cæſareæ Maieſtatis, & Illuſtriſſimi Bauariæ Ducis Conſiliarius, et publicus legum ordinarius in Academia Ingolſtadienſi Profeſſor, nobis reuerenter exponi curauerit, ſe magno Typographi labore & impenſis, in communem Reipublicæ utilitatem, nuper Typis excudi curauiſſe opus á ſe Authore compoſitum: cuius hic Titulus eſt: De Romano Imperio ac eius Iuriſdictione: De Primatu Priorisgeniti Regum, Magnorumq; Principum*

Romani

Romani orbis: De Duplici Venatione, cùm generali, tùm ſpeciali, noua tractatio. Vereri tamen, ne idem opus, poſtquám publicatum fuerit, alij temerè æmulentur, cum illius Typographi non leui detrimento. Et propterea nobis humiliter ſupplicauerit, quatenus ex ſolita noſtra Clementia, huius indemnitati prouidere dignaremur. Nos cùm eos, qui de Repub: præſertim literaria, tám benè mereri cupiunt, ut induſtriæ ſuæ fructus poſteris etiam relinquant, fauore & gratia noſtra dignos iudicemus: eius Zoannetti poſtulatis clementer exauditis, tenore præſentium, & ex certa noſtra ſcientia, ſtatuimus & ſancimus: ne quis omninò per totum Romanum Imperium, cuiuſcunq; ſtatus aut conditionis exiſtat, dictum Zoannetti opus, præter eum, á quo primùm idem Zoannettus excudi uoluit, per Decennium ab illius operis prima editione, ſine ipſius Zoannetti conſenſu imprimere, aut alibi impræſſum, adducere ſeu uendere publicè uel occultò præſumat, ſub pæna quinq; Marcharum auri puri, pro dimidia Fiſco noſtro Regio, reliqua uerò parte, ipſi Zoannetto, præter librorum amiſſionem, quos ipſi Zoannetto, ubicunq; locorum reperti fuerint, per ſe, uel ſuos ſibi uendicare, inq; ſuam poteſtatem redigere fas eſto, irremiſibiliter applicandarum. Harum teſtimonio literarum, manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri

 appenſione

appenſione munitarum. Datæ Viennæ Auſtriæ, Die ſeptima Menſis Aprilis. Anno etc. Sexageſimo tertio, Regnorum noſtrorum, Romani primo, Bohemici uerò, Decimo quinto.

MAXIMILIANVS. etc.

Ad mandatum Domini
Regis proprium.

I. Vdalricus Zaſius.

Lindeggl.

CLEMENTISSI-
MO, INCLYTO, PIO, CATHO-
lico, Inuicto, Domino ac Domino FER-
DINANDO Primo, Romanorum
Imperatori etc. ſemper Auguſto, Pa-
renti Patriæ optimo, Supremo in
temporalibus vniuerſi orbis
Regumq́; omnium Prin-
cipi Maximo, Domi-
no ſuo longè
Colendiſsimo:.

FRANCISCVS ZOANNET-
*tus, Reipublicæ Chriſtianæ ergò, opus hoc (amoris
nempè ſui erga Inclytam Germaniæ gentem
perenne pignus) manu ſcriptum
conſecrauit:*

Anno à Saluatore Chriſto nato M. D. L IX.
Quo tempore Pius Cæſar Comitia
Auguſtæ Vindelicorum
celebrabat.

SERENIS-

CAPITVM LIBRI PRIMI *Index.*

I.

MIlites qui ſint, quotq́ illorũ ſpecies, & quib. gaudeant priuilegijs.

II.

An milites Principum, Regum, & Ciuitatũ, paſsim militaribus Priuilegijs hodie fruantur.

III.

Aduerſus Romanũ Imperium inobedientiæ præſcriptionem, cuiuſq́ etiam longiſsimi æui, nullo iure à quoquàm Principũ, Regũ, uel Ciuitatũ, allegari poſſe.

IIII.

Romanorum Imperator an mundi dominus ſit: & qua ratione mundi dominus appellari poſsit.

V.

Imperator an Priuilegia omnimodæ libertatis, aut etiam pacto eam libertatẽ cuiquàm cõceſsiſſe potuerit: deciditur quòd non.

VI.

An cuncti Reges Chriſtiani orbis agnoſcere debeant Imperatorẽ, ſuum ſuperiorẽ, cui obediant: & nõ obediendo interpellati peccent mortaliter: deciditur quòd ſic. De Chriſtianiſsimo Rege Gallorum ob id prolixè diſputatur.

VII.

An hodie ſit Romanum uel Germanicũ Imperium, latè diſſeritur: deniq́ Romanum duntaxat eſſe certo certius demonſtratur.

SERE-

SERENISSIMIS,

SVPERILLVSTRISSIMIS, ILluſtriſsimis, & Reuerēdiſsimis, Septemuiris Regibus Principibus, Sacri Romani Imperij Electoribus, ac Principibus alijs, Reliquiſq; eiuſdem ordinibus Clariſsimis eximijſuè, omnis boni incrementum, & in Catholica Religione perpetuam tranquillitatem, Chriſti pacem, & concordiam, Franciſcus Zoannettus reuerenter precatur.

QVOD LIBRVM (Inclyti Reges, Principes, & Domini perpetuò colendi) De Romano Imperio ac eius Iuriſdictione, , in quo ſummus Germanorum honos & Clariſsi-

mæ gentis dignitas, ex Iuriſprudentiæ fontibus & haud dubijs hiſtorijs hauſta, prædicatur, uir ego natione Italus ſcripſerim: multa ſanè effecerunt. Cùm enim permultos ante annos (ut reliqua nunc plura conticeam) ad inſtaurandum (tunc autem bellorum ciuilium motibus collapſum) hoc celeberrimum in Iuriſprudentia præſertim Ingolſtadienſe Gymnaſium honeſtis conditionibus è Patria huc adductus fuiſſem: ac Ius Ciuile profitendo, interrogantibus reſponſa dando, & commentarios in leges aliquas, ſtudioſæ Iuuentutis Germanicæ ergò, nonnunquã euulgando, ſic de Germanis promereri ſemper pro mea uirili ſtuduiſſem: ut & pro illorum in me meritis gratus, & pro honore, quo me Bauarica Tellus cumulatiſsimè iugiter adfecit, non immemor uiderer: intermittendam quoq; illam rei bellicæ occaſionem nõ putaui, qua ſuperioribus annis tantum laudis & gloriæ

immortalis

immortalis Philippo Regi (à rebus in Belgio & Gallico ſolo geſtis, nec non & à moderatione ſuorum Regnorum Magno) acceſsit, quantum ſoli Germanici in Gallicam ditionem ſacro deceſsit Imperio. Illis inquam temporibus cùm aliquoties dubitatum apud Iudices fuiſſet: an Milites, qui Hiſpanica ſequerentur caſtra, quiq; è contrario Gallicis mererent ſignis, prærogatiuis, quibus olim Romanus miles fuit donatus, hoc ſæculo gauderent: Id ipſe ut ſcripto explicarem non ſemel rogatus, prima tandem repetita origine, ſęuum non detrectaui obire laborem. In eo autem ſcribendi genere, Romani Imperij Maieſtatē ac debitum illi hònorem & obedientiam neruoſius adſerere cumprimis fuit neceſſè. Parùm quippè fuiſſet, per comparationem diſſeruiſſe de Militibus Regum, & Militibus Sacri Imperij: niſi & Imperij ipſius auctoritatē atq; etiamnum latiſsimā Iuriſdictionem ſignifi-

cantius deprompſiſſem. Eam rem etſi laboris immenſi plenisſimã, neq; periculi omninò etiam expertem (propter multorum fortè ab Imperio diſsidentiũ inuidiam) fore animaduertebam, ut non ab re in tantis difficultatibus ſubſiſtere planè potuiſſem: omnem tamen ſuperauit difficultatem meus cùm erga optimum & ſanctum Imperatorem noſtrum, tùm erga Inclytã Germaniam amor & inſeruiendi ſtudium ſingulare. Vt non dubitarim ea, quæ diuino, gentium & ciuili iure ad ſacrum pertinerent imperium, publico documento (licet exigua ingenij mei Minerua) comperta facere. Et quamuis plurimorum (ut dixi) odium ob rei ſeriæ tractatæ argumentum mihi pertimeſcendum fuiſſet: attamen quòd Sacro Iuſtitiæ ordini dudum anteà nomen dederim, & Germanicis rebus nunquàm non vſq; ad aras addictus proſpera quæq; cupiuerim, non tàm illorum, qui commune bonum,

patriam

patriam omnium (Romanum nempè Imperium) libenter deſerunt, quàm Iuſti & æqui rationem habendam exiſtimaui. Sciens vtiq;, neminem ex doctis & bonis viris fore, qui non piam quandam obedientiæ conſenſionem & beneuolam officiorum coniunctionem in Republica Chriſtiana mallet videre, quàm diſsidentes ciuium (hoc eſt, Regum, Principum, & Ciuitatum) animos in communi patria luctuoſè experiri. Quare, quia veſtri ſit arbitrij, viri Reges Principes Germani, illum ex vobis eligere vnum (iudicio nimirùm illius, qui Dei optimi Maximi nutu vices Chriſti Romæ gerit in terris, confirmandum) qui tantæ molis præſit Imperio: non committendum duxi, quin vos, poſt Cæſarem Auguſtum, cui meum hoc opus ante annos plus minus quinquè vnicè dedicatum volui, ceu Romani Imperij Baſes, Decus, & ſolida Propugnacula, hoc loco demiſſè compellarem.

pellarem. Mea verò petitio non tàm labo-
ris huius, quàm dignitatis veſtræ labori
meo coniunctiſsimæ & Clariſsimæ Ger-
maniæ habet commendationem. Valete
quàmoptimè Reges, Principes, Reliquiq;
ordines, toto orbe excelſi. Ingolſta-
dio Calen. Auguſti, Anno
à Saluatòre nato

M. D. LXIII.

AMPLIS-

AMPLISSIMO

*NOBILI, EXCELLENTISSIMO-
q; Viro Domino Georgio Sigiſmundo Seldio. Iu. Vt.
Doctori, ac Sacratiſsimi Romanorum Imperatoris*
FERDINANDI *Primi etc. Vi-
cecancellario, potentiſsimiq; Catholici
Regis Philippi Conſiliario, Do-
mino atq; amico ſuo ſingulari
& obſeruando:*

Franciſcus Zoannettus. S. P. D.

QVod bellorum temporibus *concœpi, Ampliſsime uir, pace tandem cœlo in terras demiſſa parturiui. Cùm enim ſuperiore anno atq; alijs pluribus cuncta Europæ loca bellis undiq; grauiſsimis ita præmerentur, ut non modo fortia regna propemodum caſura uiderentur, ſed & tota penè Reſpublica Chriſtiana interitum, uelut irato Numine, miraretur: aliquoties fui ſententiam rogatus, num elogia militum, qui uel in Philippicis, ſemper uictricibus, Hiſpanicis caſtris, uel in Gallicis legionibus occubuiſſent, iure militari Romano defendi poſſent. Ea res (ut altiora peterem)*

 meas

meas permouit cogitationes. Porrò quod ex me tum quærebatur, nõ niſi á pleniore Imperij Romani, unde omniũ militum priuilegia ſunt, cognitione proficiſci uidebam. Quare etſi uel labor ingens, aut certè rei, quam propter multorũ proſpiciebã inuidiã, magnitudo me ab hiſcè conatibus deterrebat: euicit tamen difficultatem, Patriæ (hoc eſt Reipublicæ Chriſtianæ) amor nec nõ & meũ erga Germanos ſummũ ſtudiũ cũ uirtutis neſcio cuius ſtimulis coniunctũ. Arduum proindè exorſus in militibus opus, in Regibus, populis, & Principibus deſij. Iſtorum plurimos; qui longiſsimi, imò immemorabilis, temporis præſcriptione ſe Romano Imperio nõ ſubeſſe cõtendũt, ac propterea Cæſari obedire nolũt, quãmaximè errare cùm per legẽ diuinam tùm per ius ciuile Romanũ planiſſimè oſtendi. Nonnullos uerò eorum, qui hãc inobedientiæ prærogatiuã aut ex indulto aut ex Imperatoris pacto ſeu cõtractu aſſequutos affirmant, nullo prorſus iure nullaùe ratione id licẽtiæ nõ parendi nactos unquãm fuiſſe, docui. Siquidẽ Cæſaris auctoritas uel á primis uſq; Imperatorũ tẽporibus eò ſpectet, ut Imperij Romani neruos augeat, non infringat: Rempublicã defendat, non etiã membratim diuidendo perdat: ut deniq; Reipublicæ conſulat, nõ interitũ ac perniciem adferat. Ob id eiuſcemodi Cæſarũ alienationes cũ nõ obediendi licentia inanes ipſò iure cẽſendas iudicaui. Poſtremò Romanũ adhuc uigere

Imperium

Imperium (licet cõtra plurimorũ opinioné) plané defendi. In omnibus ſané libertatem dicendi atq; ſcribendi, magna tamen cum temperantia modeſté retinere ſtudui. Quamuis Iuriſperitos illos, ſeu iuris Cæſarei Doctores, qui cũ Romani ſolius Imperij legibus, titulis, infulis, & honoribus nitantur, nihilo interim ſecius Romanũ illud idem Imperium uel ipſius Imperij legibus delere & funditus euertere moliuntur, temerarios cum irriſione iuſta reprœhenderim. Expletum igitur (utinã fœliciter) opus, quod ad te olim, ceu ad alterum Papinianum, cõſilij ergô, perlegendum Vuormatiam miſi, Sacratiſſimo eidemq; optimo Romanorũ Imperatori Ferdinando huius nominis primo nũc temporis dicaui. Aequũ plané uiſum fuit, Reipublicæ atq; Imperij Romani Librũ auſpicatiſſimo illius nomini conſecrare, qui præcipuo Dei nutu eiuſdẽ Imperij moderator dudũ ſit conſtitutus. Quamobrem te rogo, Ampliſſime uir, ut pro ea, qua erga me non uulgari affectus es beneuolẽtia, opuſculũ hoc meũ, cuius tu laudator eximius anteá extiteris, Clementiſſimo Cæſari uná cũ auctoris qualicunq; cõmendatione reuerenter offerre nõ graueris. Non equidẽ dubito, Pium Cæſarẽ libẽter id ſuſcepturũ, quod á tua manu quæ altera ipſius (ſicuti & Caroli Quinti fratris fuit) dextera meritó eſt, ſibi erit oblatũ. Vale, Germaniæ Patriæ tuæ decus egregie. Ingolſtadio, Menſe Maio, Anno Salutis M. D. LIX.

SVMMARIVM.

Bellū glorioſum pace turpi optabilius.

1. Miles quis ſit.

2. Militum creandorū obſeruationes iure communi deſideratas, magna ex parte per deſuetudinem abrogari potuiſſe.

3.

4. Miles unde dictus ſit.

5. Militibus pleniſsimam quoquomodo uellent & poſſent teſtandi licentiam indultam : quæ ueruntamen certis includatur finibus.

6. Priuilegia in elogijs cōdendis militibus conceſſa, verſari circa perſonam ipſius militis teſtantis, necnon & hæredis inſtituti, ſeu etiam legatarij, circaq; teſtandi formam, & ipſius diſpoſitionis ſubſtantiā.

7. Militis perſonā in teſtamento conficiendo quatuor gaudere priuilegijs. Capite enim damnatus ex delicto militari (periurio excepto) item de ſtatu ſuo dubitans, aut mutus & ſurdus etiam à natiuitate, uel filiusfamilias teſtari poteſt.

8. Lex ciuilis non poteſt iuriſgentiū uel naturæ impedimenta tollere.

9. Hæres in militis teſtamento poteſt etiam deportatus inſtitui.

10. Indulgentiam teſtandi pleniſsimam militibus conceſſam non eò pertinere, uti per eam ius ſuum cuiq; poſsit detrahi.

11. Hæredibus à Pagano inſtitutis factionē teſtamēti trib. temporibus eſſe debere: in militis autem hærede ſemel tantū, ſi adſit, ſufficere.

12. Hæredem etiam perſonam turpem inſtitui à Pagano poſſe : à milite uerò mulieri, in qua poſsit turpis cadere ſuſpitio, nihil quicquam poſſe relinqui. & quæ ſit ratio, habes numero ſequenti.

14. Milites ex vetere Romanorū diſciplina in ſuis contubernijs carere mulieribus debuiſſe.

15. Militarē diſciplinā charitati liberorū prætuliſſe parētes Romanos.

16. Clericos & Sacerdotes militiæ cæleſtis eſſe milites : qui & portio ſeu hæreditas Chriſti dicantur, proq; Regibus & populo Chriſtiano præces coram Deo fundere debeant.

17. Clericos militibus bellicoſis æquiparari.

18. Clericos à familiari conuerſatione mulierum abſtinere, ciuili & canonica lege iuberi, & cur, habes in ſequenti.

19. Clericos

19. Clericos promptiores eſſe in cultu Dei & miniſterio Eccleſię ſegregatos à mulierum conuerſatione.
20. Rationem, deficiente lege, pro lege ipſa ſeruandam.
21. Teſtamentum militis degentis in caſtris, non tamen in pugna verſantis, duobus ad id rogatis teſtibus rectè cōficiːin bellica verò pugna conſtituti abſq; vllis etiam vocatis ad id teſtibus quoquomodo iure perfici. (ſtari.
22. Militē neq; in expeditione neq; in caſtris exiſtentē iure tm̄ cōmuni poſſe te-
23. Præteritionē ſui filij in teſtamēto militis pro tacita exhęredatione haberi.
24. Teſtamentū militis nō rūpi agnatione ſui hæredis, quæ fit p legē Velleiā.
25. Inſtitui in codicillis hæres à milite poteſt: quamuis nulli hominum id aliàs ſit conceſſum.
26. Teſtamentū militis iure ſpeciali factū nuda eiuſdē volūtate poſſe aboleri.
27. Militem filio impuberi (tametſi nullum ſibi fecerit teſtamentum) ſubſtituere poſſe, contra iuris communis regulas.
28. Militem decedere cum duobus teſtamentis validis non prohiberi.
29. Militē filio puberi inſtituto, aut etiā extraneo hęredi, ſubſtituere directò
30. Verba enūciatiua in militis teſtamēto diſpoſitionē inducere. (poſſe.
31. Falcidiæ in militū legatis nō eſſe locū. (per militē poſſe.
32. Hęreditatē in eodē teſtamento dari ac mox ſubiecta exhęredatione adimi
33. Militem (ſi velit) pro parte teſtatū & pro parte inteſtatū rectè decedere.
34. Teſtatū pro parte, & pro parte nō teſtatū nō poſſe paganū decedere, quō
35. Ius accreſcendi in militis teſtamēto nullas habere vires. (intelligendū.
36. Militem in his, quæ vel turpia vel contra prætoris edictum ſunt, aut bonis moribus contraria, nullo magis, quàm paganum gaudere priuilegio.
37. Miles in dubio an iure communi vel potius iure militari velle teſtari ſit credendus. Deciſam habes quæſtionem contra ſcribentes alios. nu. 41.
38. Speciali iure competentiū non habendam in dubio rationem, ſed eorum duntaxat, quę à iure cōmuni deſcendunt: Quomodo ſit intelligendū nu. 47.
39. Firmius eſſe quod iure communi, quàm quod iure ſpeciali nititur. & quonam pacto id accipiendum. nu. 48.
40. Plenitudine poteſtatis in dubio non credi Principem vti.
42. Deſtinatione animi quæ agi oportet, nō niſi ex certa ſcientia poſſe cōfici.
43. Declaratio vltra Doctores ad. l. Quāmq;. ad. l. i nec nō & ad. l. In teſta la. l.
44. Pręſumptio iuris trāsfert mun9 probādi in aduerſariū. (C. de milit. teſta.
45. Declaratio ad l. Centurio. ff. de vulg. & pupill.
46 Ratio noua ad. l. ſi certarum. in prin. ff. de milit. teſtam.
49. Milites actu militantes gaudere militaribus priuilegijs: quāmq; veterani, qui militia miſsi ſunt, nonnulla quoq; retineant. (iure militari valere.
50. Teſtamentū à milite in caſtris iure ſpeciali factū, intra annū à die miſsionis
51. Milites noſtri tēporis an militaribus gaudeāt priuilegijs, latiſsime diſſeritur. & nu. 67. 68. (priuilegia militaria fuerunt conceſſa.
52. Milites olim cū ſolemnibus Romanorū cęremonijs creatos fuiſſe: qbus &

53. Milites noſtri temporis, qui militię operã nõ dant, poſſe pro alijs procura-
54. Cauſa priuilegij ceſſante, exolere & priuilegiũ. (tores exiſtere.
55. Cauſam priuilegiorum militibus conceſſorum fuiſſe defenſionẽ Roma-
ni Imperij. (militũ nõ habere. & nu. 68.
56. Milites, qui ſolo nomine ſunt, militiæq́; munia non obeunt, prærogatiuas
57. Milites etiã noſtri tẽporis nõ poſſe in iudicio torqueri, aut cõuictos de cri-
mine pœnis plebeiorũ adfici. Quod priuilegiũ & ad Equites auratos perti-
nere conſtat. vide nu. 73.
58. Milites etiam hodie pro debito contractus vel vltimæ voluntatis non
poſſe in carcerem trudi. Quod & ad Equites auratos pertinet. ut ſub nu. 75.
59. Milites rectè vocari & nautas & remiges, q̃ in claſsibus degũt, nec nõ no-
cturnos ciuitatis excubitores. Qđ declara ut nu. 78 79. (ut nu. 76.
60. Verbis ſolis & nomini vacuo auctoritatẽ nõ indere Cęſarẽ. Qđ limita,
61. Milites noſtri tẽporis etſi veri milites nõ poſſent dici: attamẽ, ſi in illis eadẽ
periculorũ atq́; laborũ pro Republica ſit ratio, quę in militibus Romanorũ
olim fuit, eo ipſo iure & immunitatibus Romanorũ militũ gaudere debent.
62. Militum duas tantummodo ſpecies à Doctoribus conſtitui: verùm tres
hodie eſſe in Romano Imperio, auctor nouè demonſtrat. nu. 64.
63. Militum quoſdam maiores, quoſdam minores in Imperio eſſe.
65. Militum ordo primus Vaſallos Principes continet: Secundus milites au-
ratos: tertius eos, qui ſtipendijs merent.
66. Imperatorẽ eſſe Eccleſię Catholicę militẽ ac defenſorẽ, ſicuti Imperatoris
Vaſalli Principes ſunt milites atq́; defenſores: ideóq́; fidelitatis iuramentũ ab
vtriſq́; fermè pręſtari. (gaudere.
69. Equites auratos, qui armatę militię nõ incumbũt, pręrogatiuis militũ nõ
70. Priuilegia his lege denegari, qui munus, quod profitentur, non implent.
71. Studioſos illos, qui publicas profeſſorũ lectiones nõ audiunt, immunitati-
bus Gymnaſij carere debere. (nijs, officij ſui acriter cõmonefieri.
72. Rectores Gymnaſiorũ plus ęquo faciles, in cõcedendis iuuentuti teſtimo-
73. Equites auratos tormentis & quæſtionibus in iudicio non ſubijciendos:
neq́; plebeiorum pœnis propter admiſſa crimina puniendos.
74. Equitibus auratis reuerentiam ab inferioris ſortis hominibus deberi.
75. Equites auratos pro debito cõtractus aut vltimæ voluntatis carceri non
77. Verba honoris obligationẽ nõ parere. (poſſe includi.
79. Vigiles ciuitatũ, qui & famuli ſeu lictores ſimul magiſtratuũ ſunt, priuile-
gijs militũ nõ gaudere. (haberi.
80. Milites Cæſaris mercenarios omnibus militum priuilegijs hodie dignos
81. Milites Regũ, aut Ciuitatũ, vel Principũ, qui Cæſare ipſo inferiores ſint,
an & quando prærogatiuis militaribus gaudeant. & nu. 82. 83. cũ ſequentib.
82. Vaſallus Cæſaris ſeu Romani Imperij, colligens militem ad oppugnan-
dum Cæſarem aut Imperium, quibus ſubijciatur pœnis. nu. 83. 84.
83. Deficientes ab Imperio Romano, hoſtes Imperij fieri, & quæ iuris ciuilis
ſunt Romanorũ perdere. & nu. 85. Delinquen-

86. Delinquentibus leges beneficia ſua non tribuere.
87. Subditos Romano Imperio bella ciuilia inuicem gerentes (quamuis & Reſpublica ſic lædatur) hoſtes Imperij cũ ſuis militibus minimè habendos.
88. Milites ſubditorum Imperio Romano, bellum ciuile inuicem gerentium, & vero militum nomine & priuilegijs militaribus omnino carere.
89. Milites collectos pro defenſione Feudorum Imperij aduerſus Cæſarem inſtituta omni priuilegio militari vnà cum ſuis Dominis carituros.
90. Hoſtes Imperij Romani illos protinus fieri, quibus à Cæſare vel Imperio bellum publicè indicitur, aut per quos Cæſari vel Imperio publicè decernitur, iuſtæ aut iniuſtæ cauſæ indicendi belli non habita ratione.
91. Imperatori euidẽter ac notoriè qd cõtra Dei præcepta iubenti, iure reſiſti.
92. Imperatori qd iuriſdictionẽ ſuã excedens pręcipienti, impunè nõ obediri.
93. Imperatorem Tyrannũ à ſenatu populoq; Romano, Eccleſię auctoritate interueniente, magiſtratu poſſe deijci, atq; armis in ordinem cogi.
94. Pontificem Maximum eſſe populi Romani verticem ac cerebrum.
95. Imperator quando dicatur ea præcipere, quæ verbo Dei manifeſtè contradicant: & quando aliquid ſupra ſuam iuriſdictionem iubere.
96. Factum lege permittente pœnam non mereri.
97. Milites etiam aliorum, quàm Cæſaris, Ciuitates ſeu Feuda Romani Imperij defendentes omnibus militaribus priuilegijs frui.
98. Magiſtratus eſſe, ſubditos ab aliorum inſidijs tueri.
99. Imperatori ſubditos loco filiorũ eſſe.
100. Vaſallus Dñm & viciſſim Dñs Vaſallũ ab aliorũ iniurijs defẽdere debet.
101. Vaſallos velut procuratores in rem ſuam à Domino conſtitutos, Feudorum cuſtodiam præſtare debere.
102. Vaſallos Imperij Romani vti procuratores in rem ſuam conſtitutos non ſolum ignorante Cęſare, ſed etiam ſciente & non conſentiente, poſſe eiuſdem Cæſaris auctoritate Feuda tueri.
103. Procuratorẽ in rẽ ſuam ſemel conſtitutũ nõ poſſe à Dño poſtea reuocari.
Milites qui in præſidio celeberrimi Bauarici Ingolſtadienſis oppidi ſunt, omnibus militum Romanorum priuilegijs debere frui.
104. Milites præſidiarios Feudorum aut Ciuitatum Imperialiũ omnibus militum Romanorum priuilegijs meritò frui. nu. 105. 106.
105. Ciues Romanos oẽs illos cenſendos, q in orbe Romano ſunt, atq; Cęſari obediunt: imò etſi nõ obediant, dummodo legibus Romanis viuãt, nu. 118.
106. Ciuibus Ciuitatis datum, ipſi Ciuitati datum intelligi.
107. Ciuitates, viros eſſe, non ſolitudines.
108. Cõſiliarios ſumi Principis partẽ illius corporis cenſeri.
109. Indicendi cuiquã belli poteſtatẽ eũ, q eſt Romano Imperio ſubiectus, nõ habere.
110. Ius ſibi dicere in propria cauſa, vbi ſuperiorem ſuum adeundi copiam haber, neminem poſſe.
111. Milites eius, qui eſt Romano Imperiò ſubiectus, lectos ad inferendum

bellum Ciuitatibus aut Feudis Imperij, militaribus priuilegijs ſimulq; mili-
tum nomine vnà cum eorum auctore prorſus indignos.
112. Leges Romanas earūq; cōmoda duplici ratione ad eos non pertinere, qui
Romano Imperio ſubeſſe aut obedire nolunt. Quod & de hoſtibus Imperij
113. Leges cuiquā ludibrio eſſe nō debere. (dictū quoq; puto. nu. 114.
115. Deficientes ab Imperio Romano, hoſtium numero habendos.
116. Obedire Cæſari de facto abſq; vlla rationis allegatione nolentes, puniri
debere, omnibuſq; legum Romanarum beneficijs carere. (riter.
117. Iuriſdictionē de facto exercētes & exercētes de iure, nō ęquiparari regula-
118. Ciues Romanos illos quoq; eſſe, qui tametſi ſubeſſe Imperio non dican-
tur, legibus tamen Romanorum viuunt.
119. Iuriſdictionē vniuerſam in illos à Cæſare retineri, qui leges Romanas ſal-
tem obſeruant, licet in reliquis Cæſari non obtemperent.
120. Milites conſtitutos pro defenſione locorū ſola etiam legum obſeruantia
Romano Imperio ſubiectorum, immunitates militū Romanorū habere.
121. Obedientiæ ſupremo Principi debitæ nullo vnquàm tempore præſcribi
poſſe. & nu. 127. cum multis ſequentibus: & rurſus nu. 136. 137. 138.
122. Florentinos obedientiæ Romano Imperio debitæ non præſcripſiſſe.
123. Leges Romanas præſcriptioni inobedientię aduerſus Imperiū manifeſta
ratione auctoritatem non tribuere. & nu. 128. (prorſus reijci-
124. Conſuetudinē vel pręſcriptionē, quę ſit cōtra neruū Eccleſiaſticę diſciplinę,
125. Pręſcriptionē, quę cōtra Romani Impij neruū eſſet, ſicuti cōtra neruū Eccle-
126. Eccleſiā & Imperiū fraternizare. (ſiaſticę diſciplinę, nihili planè faciendā.
128. Leges adinuētas lataſq; à Romanis pro incremēto Imperij, nō poſſe pręs-
criptioni cōtra Imperiū fauere. (æuo poſſe.
129. Præſcribere ſupremæ poteſtati Pōtificis maximi ſenatū Cardinaliū nullo
130. Præſcriptionem libertatis ac inobedientiæ aduerſus Romanū Imperium
allegantes, ſe Romano Imperio eſſe ſubiectos neceſſariò fateri.
131. Præſcriptionis beneficio, quod ex legibus Romani Imperij mihi compe-
tere adſero, aduerſus Romanum Imperium, eo inuito, vti nequeo.
132. Iuriſdictionem Imperij Romani ſupremam in eo Regno, Dominio, aut
Prouincia adhuc hodie retineri, vbi Romanæ leges docentur.
133. Latina lingua leges Romanas vniuerſo orbi pręſcriptas, ſimulq; ut populi
latinam linguam callerent, neceſſariò præceptum.
134. Latinæ linguæ laus & gloria immortalis. (lingua colitur.
135. Iuriſdictionē Imperij Romani ſupremā ibi hodie adhuc viuere, vbi latina
138. Poſſidere ſeipſum nemo poteſt. (uitatū iure diſplicere.
139. Obedire ſupremo vni Magiſtratui, nō poteſt vlli Regū, Principū, aut Ci-
140. Obedire vni ſupremo Magiſtratui in cōmuni vniuerſorū cōditione, liber-
tatis quandā eſſe ſpeciē. (monefaciendos.
141. Præſcriptionē inobedientiæ aduerſus Cęſarē allegātes, officij ſui feriò cō-
142. Militibus tantūmodò illis, q Romano militarēt Imperio, immunitates &
pręrogatiuas ampliſſimas fuiſſe elargitas. Indignos

143. Indignos Reges,Populos,aut Principes cūctis Romani Imperij honori-
bus ac beneficijs,qui à Cæſare moniti obedientiã eidē nihilomagis præſtãt.
144. Libertatē nō parendi Romano Imperio,an cuiꝗ Cæſar cōcedere queat.
Poſt diſputationē utrinꝗ habitã,deciditur tandē,quòd Cæſar id nullo iure
nullaue ratione poſsit.ſub nu. 149.150.
145. Imperatoris contractum pro genera'i lege eſſe ſeruandum.
146. Rex Gallorum Chriſtianiſsimus an ſubſit Romano Imperio.
147. Proteſtatio auctoris prædicētis,ſe nolle quēquã à ſe læſum iri. (miſe-
148. Aquilæ Romanæ bonũ ius nō deeſſe,ſic utinã bonis inſtructa foret plu-
149. Imperatorē eſſe mundi dñm,adminiſtratione ſcilicet, protectione,& iu-
riſdictione,nō etiã directo dominio aut proprietate: Id quod non ſolũ cō-
muni prudentũ iudicio,ſed & hiſtoriarũ fide,comprobatur ut nu 150.151.
151. Imperium Romanũ directũ & ſimplex non fuiſſe Octauiano Auguſto,
uel alijs in Imperio ſucceſſoribus,cōceſſum: ſed ſubimperium duntaxat, ac
eius procurationē & patrociniũ, ex Cornelio Tacito,Strabone, Herodia-
no,ex propria deniꝗ Caroli Magni Cæſaris uoce oſtendi.
152. Imperium Romanum , ratione proprietatis uel dominij, Imperatoris
non eſſe , permultis rationibus demonſtrari,uſꝗ ad numerum. 155.
153. Octauianum Auguſtum,ſe dominum appellari vetuiſſe.
154. Imperatoris eligendi cauſam initio fuiſſe neceſsitatem conſulendi Ro-
manæ Reipublicæ : non aũt populi Romani munificentiã. (eſſe cauſſato.
155. Cauſam ita influere in ſuũ cauſatũ,ut quicquid ſit in cauſa cenſeantur in-
156. Imperiũ Romanũ nō proprietatis aut dominij iure, ſed ſola adminiſtra-
tione(intellige, protectione etiã ac iuriſdictione)ad Cæſarē pertinere,plu
157. Intelligi,uerbũ, improprietatis eſſe ſignificatiuũ. (rimis legib. tradi.
158. Imperatorē tutori cōparari: qui rerũ puppillarium dominus non ſit,ſed
loco domini tantum habeatur.
159. Imperatorē,ratione vniuerſalis ſuæ Iuriſdictionis ac adminiſtrationis,
poſſe nō ſolum ea,quæ iuris publici ſunt,ſed & priuatorum bona vni ſub-
ditorum pro arbitrio ſuo aufferre & alteri dare.
160. Imperatorem fluminibus publicis,cæteriſꝗ Iudicibus in aufferendo res
vni & dando alteri comparari.
161. Imperatori ius eſſe pro libitu diſtrahēdi bona Imperij Romani inter Im-
perio ſolũ ſubiectos.Id quod de priuatorũ quoꝗ bonis, de vno in alterum
transferendis,ſentiendũ eſt. (nō adeò detrimentoſam Imperio eſſe poſſe.
162. Alienationē bonorũ Imperij à Cæſare inter Imperio ſubiectos factam,
163. Imperij Romani ciuitates & loca Imperatorē quib. vult ſubditis in feu-
dũ pro perſonarũ meritis cōcedere poſſe. Quod limita & declara ut nu. 165.
164. Ciuitatē optimã illam,in qua virtuti præmia plurima propoſita ſint.
166. Vaſallos Imperij vnà cum bonis feudalibus eſſe Imperio ſubiectos.
167. Feudorum Romani Imperij dominiũ directum penes idem Imperium,
vti ante infeudationem fuit,in poſterum remanere.

168. Ciuitates & loca Romani Imperij non deſinere per infeudationem eſſe Imperij,tametſi iuriſdictio talium locorum Vaſallo ſit commiſſa.

169. Imperatorem ciuitates,Regna,populos, aut loca Imperij Romani neq; pacto neq; priuilegio vllo ab obedientia eiuſdē Imperij eximere poſſe: ac proinde pactum de his etiam iureiurando munitum, aut priuilegium ipſo iure non valere. vt nu.172. 175. 183.

170. Scientes bona eſſe aliena,illis nullo tempore præſcribere. (& nu.179.

171. Alienationes Imperij Romani per legem Regiam Cæſari interdictas.

174. Imperatorē per legē Regiam à populo Romano conſtitutum fuiſſe pro legibus,Romanaq; Reipublica tuendis,non autem deſtruendis.

176. Imperium Romanum & Eccleſiam ab vno eodemq; principio deſcendere,inuicemq; ob maximā inter ſe cognationē æquiparari. & nu. 224.

177. Eccleſiam Romani Imperij eſſe matrem.

178. Eccleſiam minori comparari.

179. Imperatori non plus iuris eſſe in diſtrahendis Imperij Romani bonis,ac

180. Rempublicam pupillis cōparari. (tutori in alienandis pupilli rebus.

181. Obediendum non eſſe ſummo Principi quid contra Deum manifeſtè, aut contra ſocietatem ciuitatis,vel officium ſuum præcipienti.

182. Imperatorem Romani Imperij bona diſtrahentem, facere contra communem totius Romani Imperij ſocietatem,contraq; adeò ſuum officium.

184. Imperator deſignatus inter cætera iurare debet,ſe non diſtracturum Imperij iura,& ſe honorem Imperialis coronæ ſeruaturum.

185. Alienationes bonorū Imperij à Cæſare factas etiā iuramento cōfirmatas permultis rationibus inefficaces iudicandas. & nu.183. 187. 189.

186. Legē nouā (niſi eximia eius atq; euidens fuerit utilitas) ex ſeuero Za-

187. Imperatoris boni officium. (leuci decreto non eſſe ferendam.

188. Octauianum Auguſtū ingens & lautū ipſius Patrimoniū pro Romano Imperio inſumpſiſſe.

189. Obedire communi Patriæ cùm iure gentium tum iure ciuili oportere.

190. Indultum Cæſaris contrarium legibus non ualere.

191. Pactum contra bonos mores initum,non eſſe ſeruandum.

192. Pactum de non obediendo Patriæ,contra bonos mores præ cæteris eſſe.

193. Pactum adimens timorē male faciendi,turpem cauſam cōtinere dici.

194. Patri,matri,atq; parentibus,quid debeamus.

195. Patriam parentibus omni loco & tempore præferendum. & nu. 212.

196. Pacta Cæſaris,quib.res Romani Imperij fuerūt diſtractæ,nō eſſe ſeruādā;

197. Fidem in malis promiſsionibus,etiam à Regibus, non eſſe ſeruandam.

198. Pactum in perniciem Reipublicæ factum,non eſſe ratum habendum.

199. Reuerētiā debitā nō poſſe partiū cōuentione remitti. (iuriā recuſent:

200. Populos oēs ſubeſſe de iure Romano Imperio:licet nōnulli ſubeſſe per in

201. Pacta Cæſaris liberatoria ab obedientia Romani Imperij nō valere, & priuilegia huiuſmodi identidem inbecilla eſſe. (niri debere.

202. Populos qui nolunt Romano Imperio ſubeſſe,delinquere, atq; ob id pu-

203. Reges omnes atq; Franciæ quoq; Regem Romano Imperio ſecundum communem Doctorum ſententiam de iure ſubeſſe. & nu. 204. 205.

204. Imperatorem vicarium Dei eſſe in temporalibus.

205. Imperatorem ſubeſſe Pontifici maximo cum Regibus ſibi ſubiectis.

206. Reges, Populos, & Principes omnes requiſitos à Cæſare obedientiam illi præſtare (ſi contumaces non obediant) peccare mortaliter.

207. Reges, Populos, & Principes cũctos de præſtanda Cæſari obedientia interpellatos (ſi contumaces nihilominus eſſe pergãt) vnà cum ſuis militibus, priuilegijs militaribus, alijſq; Romani Imperij beneficijs carituros.

208. Xenophontis dictum de inobedientia.

209. Patriæ inimicum, in amicitiam ab aliquo non eſſe recipiendum.

210. Patriam defendenti non eſſe indecorum, mori. & nu. 213.

211. Patriæ quæ & qualia ex Platonis decreto debeamus obſequia.

214. Imperio Romano deſerto, qui ſe ſolos tueri cõtendũt, longè ſpe ſua falli.

215. Republica pereunte, vnius ciuis ſalutem non poſſe magis conſiſtere, ac vnius digiti, corrupta manu, aut nauigantis, confracta naui. & nu. 217.

216. Vtilitatem communem non eſſe à priuata ſeiungendam: & cur.

218. Imperio Romano nõ obedire, euerſionẽ Reip: Chriſtianę eſſe. (haberet

219. Obediẽtię metu ſeu vinculo ſublato, & in ciuitate & in exercitu nihil benè

220. Obedire nolentibus Romano Cæſari Eccleſiã ſumumq; Pontificem fore Iudicem, & quid in ea cognitione Pontificem facere oporteat. nu. 222.

221. Pontificem Romanum, ubi periculum animæ vertitur, Iudicem eſſe.

222. Pontificis Maximi officia in congnitione cauſæ illorum, qui Romano Cæſari & Imperio obedire nolũt, quale. (taliũ rerũ alienatio ſit interdicta.

223. Papã & Epiſcopos eſſe rerũ Eccleſiaſticarũ duntaxat adminiſtros: quib.

225. Declaratio ad Bartolũ in l. 1. §. vltimo ff. de rei Vendicatione dicentem, quòd Imperator ſit verus dominus totius mundi in vniuerſo.

226. Cenſum Imperator Regnis, prouincijs, aut ciuitatibus poteſt iure ſuo remittere, neq; ideò minus loca illa Imperio erunt in reliquis ſubiecta.

227. Declaratio ad c. per venerabilem. §. videbatur. in verſ. Inſuper. extra

228. Alciatus in Procopij hiſtoria repræhenſus. (qui filij ſint legiti.

229. Oldradus grauiter repræhenſus, quòd in Romanum Imperium ſcurriliter ſit debachatus.

230. Romano Imperio, legum ſcilicet auctore, per Oldradum damnato, leges Romanæ ab eodẽ probari non potuerunt.

231. Romanorũ Monarchiã optimo iure niti.

232. Romanos ſuis virtutibus promeruiſſe orbis obtinere Imperium.

233. Bona quenq; defendere ſua legibus Imperij Romani.

234. Romanorũ genus fœlix, armorum virtute & legum obſeruantia omnibus gentibus in æternum dominari promeruiſſe.

235. Ciuium genera in Republica eſſe tria: & quod nam optimum.

236. Rempublicam ſeruari, vbi Reipublicæ leges ac monita cuſtodiuntur.

237. Inobedientia nullum eſſe maius malum.

Præſſe

238. Præeſſe aliquem oportere, vt homines durare poſsint incolumes.
239. Legem hominum vitam beneficijs demereri cupere.
241. Libertatem nimiam in ſeruitutem euadere nimiam.
242. Obedire Cæſari Reges, Populos, & Principes nonnullos ob hãc quoq; rationem recuſare, q́ aſſerant, non eſſe amplius hodiè Romanum Imperiũ, ſed Germanicum duntaxat. (perij.
243. Alciatum repræhendi in narratione hiſtoriȩ tranſlati ad Germanos Im-
244. Electores Romani Imperij, ſeptem Principes Germanos, à Gregorio. V. annum Chriſti circiter milleſimum deſignatos fuiſſe, relecta contraria quorundam Neotericorum de eo opinione.
245. Imperij Romani moderationẽ à Græcis ad Germanos, non aũt ad Gallos ſeu Francos, anno octingenteſimo à Leone tertio Romæ tranſlatam.
246. Imperij Romani non nudũ ſolumodò titulũ, ſed adminiſtrationẽ quoq; cũ vniuerſali iuriſdictione Germanos accepiſſe. (248. cũ ſequentibus.
247. Imperiũ Romanũ adhuc hodie vigere, multis doceri argumentis, & nu.
248. Imperator cur olim & hodie tribus coronetur infulis.
249. Inſignia teſtari, rem eſſe illorum, quorum inſignia ſunt.
250. Imperium Romanum non fuiſſe extinctum, vbi Alrichus Gottorum Rex anno Chriſti 412. Vrbem cœpit, in confeſſo eſſe.
251. Imperiũ Romanũ neq; vrbis mœnijs includi, neq; in perſona vnius vel pluriũ Imperatorũ cõſiſtere: Sed vniuerſo in orbe ita cõtineri, vt anima in corpore humano. (manum Imperium ipſius legibus delere niti.
252. Doctores legum Romanarum, earumq; peritos minimè decere Ro-
253. Imperiũ Romanũ nõ prius in vniuerſo orbe interiturũ, quàm ius ciuile Romanum cum lingua latina vbiq; vigere deſierit.
254. Mutare ſibi titulum poſſeſsionis neminem poſſe.
255. Francos eorũq; Reges in terra Gallia vi & iniuria ab obedientia Imperij Romani ſe ſubtraxiſſe, neq; ideò magis liberos eſſe. (ſtum eſſe.
256. Gloriari de non obediendo Imperio Romano, amarulentum atq; infau-
257. Beroaldũ de Romano Imperio ipſiſq; ciuibus Romanis malè ſentientẽ,
258. Inſpiciendũ q̃d fieri iure debet, nõ q̃d fit de facto. (grauiter repræhẽſum.
259. Imperatorẽ ex Germanis deſignatum (accedente Pontificis maximi coronatione) vniuerſi orbis eſſe & dici meritò Imperatorem.
260. Miniſtros militum, ſcribas uel apparitores, quorum etiã nomina in numerum militum ſint relata, priuilegijs militaribus non gaudere.
261. Notarios atq; Pedellos vniuerſitatũ ſeu Gymnaſiorũ, priuilegijs ſcholariũ nõ gaudere, tametſi eorũ nomina in matriculã ſtudioſorũ ſint relata: niſi huiuſmodi miniſtri & ipſi ſcholares quoq; eſſent. (q;, ac ſtudioſos ipſos.
262. Notarios & Pedellos vniuerſitatũ immunes eſſe a repreſalijs quibuſcun-
263. Reſtitutionis in integrũ beneficiũ vxores & medicos militũ pro eo tempore habere, quo cum militibus in caſtris uel in profectione fuerunt.
264. Priuilegijs militũ aut aliorũ neminẽ præter ſpeciatim lege comprȩhenſos uſurum.

DE

DE ROMANO

IMPERIO AC EIVS IVriſdictione Liber.

BELLVM GLOrioſum †, commilitones, pace 1. turpi optabilius eſſe, Demoſthenes ait. Quare cùm hac tempeſtate omnia propemodum uniuerſæ Europæ lòca circumſonent undiq; bellis, quorum quidam ſint auctores, quidam uerò, quos magna gloria dignos iudico, contra uim & periculum ingruens agant defenſores: & non ſemel de teſtamentis, militum præſertim, qui ſub Philippicis, ita ut iuſtis nunq; non etiam uictricibus, ſignis ſtipendia feciſſent, ſententiam dicere rogatus fuerim: è re quoq; fore putaui, ſi hunc rei bellicæ locum pro re nata apud uos ſtudioſè tractaſſem.

Dicendum proinde nobis cum primis erit de militum priuilegijs, quibus ſunt in condendis elogijs ipſi milites donati. Etenim reor Imperatorem de militari teſtamento hic priuſquàm de paganico diſſeruiſſe:

quoniam ubi cœpiſſet materiam paganici teſtamenti tradere, neceſſe identidem fuerat longa plurium titu-lorum ſerie illam, uti poſtea fecit, proſequi. Quod in militaris teſtamenti explicatione, quæ à iure communi prorſus eſt ſeparata, ita fieri minimè fuit opus. Cæte-rùm quis nam ſit miles inter hæc primum diſpiciamus.

2. † Miles, inquit Vegetius de re militari ſcribens, eſt qui uel Principi uel Reipublicæ iurat ſe non euitatu-rum mortem pro illorum ſalute. Adde, & in nume-ros militum ſit relatus, aut confeſtim referendus. l. ex eo tempore. cum. l. ſequenti. ff. eod. de milit. teſtam. Aliæ quoq; obſeruationes in militibus creandis iure communi deſiderantur, iuxta notata per gloſſ. in. l.

3. pen. ff. ex quibus cauſis maior. † Quas tamen per deſuetudinem tacito omnium conſenſu magna ex parte abrogari (quemadmodum ſanè noſtro æuo fa-ctum cernimus) potuiſſe crediderim. l. de quibus. in fi. ff. de legibus.

4. † Miles autem unde potius ſit appellatus: num à militia, id eſt, duricia, quam pro nobis ſuſtinet: uel à multitudine: aut à malo, quod arcere milites ſolent: aut à numero mille hominum, quaſi ex mille uiris unus delectus: nec ſatis Iureconſulto conſtitiſſe ui-detur in. l. 1. §. Miles. ff. eod. Arbitror ipſe, militem à militia, hoc eſt, duricie dictum: quòd aſperitatem ui-ctus & duros labores ſuccinctus expeditusq; ad bel-lum perferre eum oporteat. Sic fermè Herodianus li-

bro

bro ſuæ hiſtoriæ tertio annotaſſe in Seuero Cæſare uidetur, dum militarem diſciplinam Romanorum labefeciſſe Seuerum commemorat.

Enimuerò milites cùm multis ſint alioqui prærogatiuis lege donati, tum permagnæ illæ habentur, quæ ad teſtamenta eorum conficienda pertinent. † Quippe Nerua, quem & Traianus imitatus eſt, pleniſſimam indulgentiam teſtandi quoquo modo uellent & quoquo modo poſſent, militibus tribuit. l. i. ff. de milit. teſtam. Habet ueruntamen latiſſima hæc teſtandi licentia certos legibus definitos terminos: quos neque præteriri neque ignorari oportet. 5.

† Porrò circa perſonam militis teſtantis, nec non perſonam inſtituti hæredis uel legatarij, item & circa teſtamenti ſolennitatem ſeu formam, circaque ipſius diſpoſitionis ſubſtantiam uerſatur huiuſmodi teſtamenti faciendi indulgentia: quam in ſingulos articulos peculiariter enarrabo. 6.

† Perſona militis gaudet tribus, imò quatuor priuilegijs in teſtamento conficiendo. Primum ſi capite damnatus ex delicto (periurio excepto) militari, non ex communi crimine fuerit, iure militari nihilominus, de bonis ſcilicet caſtrenſibus tantum, ualebit teſtari. l. ex militari. in prin. ff. eod. l. ſi quis filio. §. irritum. uerſ. niſi fortè miles. ff. de iniuſt. rup. irri. teſtam. l. At militibus. C. de milit. teſtam. Quod pagano non eſt permiſſum. l. eius qui. §. ſi cui aqua. cum. §. ſequenti. 7.

ff.de teſtam.d.l.ſi quis filio.§.irritum.ff.de iniuſto rup. irri.teſtam.Doctores iſtud communi conſenſione intelligunt, quando Iudex in ſententia condemnatoria eam teſtandi facultatem militi permiſit: non aliás. Lege etenim permittente,Iudicis eſt,teſtandi poteſtatem de caſtrenſibus bonis damnato militi facere.l.ſi quis in principio.§.miles.ff.de leg.iij.l.cùm hic ſtat⁹.§.ſi miles ff. de donati.inter uir.& uxor.Hoc propriè eſt,quod Marcellus de iure militari differens Paulum & Menandrum ſcripſiſſe refert in.l.i.ibi,teſtamentum facere concedendum etc. ff. de ueteranor. milit. ſucceſſio. Gloſſa eſt in.d.l.At militibus.in uer.permittitur.& ibi Barto.atq; Doctores communiter tradunt.C.de milit. teſtam. Iterũ Barto.in.l.ex militari.in prin.ff.de milit. teſtam. Secundò, ſi dubitet de ſtatu ſuo miles,poteſt nihilominus teſtari.l.ex militari.§.ſi miles.ff.eod.licet in paganis ſecus.l.De ſtatu ſuo.ff.de teſtam.

Tertiò utcunq; mutus & ſurdus ſit etiam à natiuitate ſua miles, teſtamentum (intellige, per eum modum, per quem actus procedere poteſt) nihilominus militari iure conficit.l.Iure militari. ff. eod. de milit. teſta. iuncta. l. Mutus & ſurdus. in prin. ff. de procurator. Quod paganis hominibus nequaquam ſic accidit. l. Qui in poteſtate. §. Surdus. cum. l. ſequenti.ff. de teſtamen.l.Diſcretis.C.qui teſtam.face. poſſ. In poteſtate uerò hoſtium miles exiſtens,aut in pupillari ætate conſtitutus nullo iure Teſtamentum

facit.

facit.l. facere .ff. de milit.teſtam. l. ultima.C. eodem. Ratio eſt, quoniam huiuſmodi impedimenta ſeruitutis & pupillaris ætatis partim à iuregentiū ſunt, partim à natura. l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iur. d.l. ult. C. de milit. teſtam. l. i. §. adipiſcimur. ff. de acqui. poſſeſſ. §. pupillus. Inſt. de inutilibus ſtipulati.

† Ideoq; per legem ciuilem, quæ ampliſsimam te- 8.
ſtandi poteſtatem militibus dedit, memorata impedimenta iuris gentium & naturæ non intelliguntur fuiſſe ſublata, uti Bar. eleganter docet in.l. i. nu. primo.& in.l. neq; enim.in prin. in prima oppoſi. ff.eodem de milit.teſtam.Quartò adde tu ultra Doctores, quòd filiusfamilias miles iure militari de Caſtrenſi peculio teſtatur.l. penult.l. Teſtamenta. §. ius teſtandi. l.Miles filiusfamilias.cum. l.ſequenti. l. Ex militari. §. ſi miles. ff.eodem.l. fi.§. quia militibus.iuncto.§. ſed hæc obtinere. C. de inoffi. teſtam. §. exceptis. Inſti. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. §. Sed teſtari quidē.&.§.ultimo.Inſti.de milit. teſtamento. Quanq; filijsfamilias, qui milites nō ſunt, talis teſtandi facultas (uel ſi quoq; pater eis concederet) nequaquam lege permittatur.l.Qui in poteſtate.in prin.l. filiusfamilias in ij. reſponſo. ff. de teſtamen. l. Tam is.§. filiusfamilias.ff.de donati.cauſa mort. l.Senium.§.filium. C.qui teſta.face.poſſ.Inſti.quibus nō eſt permiſſ.face.teſtam. in prin. Habiti ſunt ſimili modo digni priuilegio milites in perſonis hæredum & legatarij. † Porrò illos, 9.

ff.de teſtam.d.l.ſi quis filio.§.irritum.ff.de iniuſto rup. irri.teſtam.Doctores iſtud communi conſenſione intelligunt, quando Iudex in ſententia condemnatoria eam teſtandi facultatem militi permiſit: non aliàs. Lege etenim permittente,Iudicis eſt,teſtandi poteſtatem de caſtrenſibus bonis damnato militi facere.l.ſi quis in principio.§. miles.ff.de leg.iij.l.cùm hic ſtat⁹.§.ſi miles ff. de donati. inter uir. & uxor. Hoc propriè eſt,quod Marcellus de iure militari differens Paulum & Menandrum ſcripſiſſe refert in.l.i.ibi,teſtamentum facere concedendum etc. ff. de ueteranor. milit. ſucceſſio. Gloſſa eſt in.d.l.At militibus.in uer.permittitur. & ibi Barto.atq; Doctores communiter tradunt.C.de milit. teſtam. Iterũ Barto.in.l.ex militari.in prin.ff.de milit. teſtam. Secundò, ſi dubitet de ſtatu ſuo miles,poteſt nihilominus teſtari.l. ex militari.§.ſi miles.ff.eod.licet in paganis ſecus.l.De ſtatu ſuo.ff.de teſtam.

Tertiò utcunq; mutus & ſurdus ſit etiam à natiuitate ſua miles, teſtamentum (intellige, per eum modum, per quem actus procedere poteſt) nihilominus militari iure conficit.l.Iure militari. ff. eod. de milit. teſta. iuncta. l. Mutus & ſurdus. in prin. ff. de procurator. Quod paganis hominibus nequaquam ſic accidit. l. Qui in poteſtate. §. Surdus. cum. l. ſequenti. ff. de teſtamen. l. Diſcretis. C. qui teſtam.face. poſſ. In poteſtate uerò hoſtium miles exiſtens,aut in pupillari ætate conſtitutus nullo iure Teſtamentum

facit.

facit.l. facere .ff. de milit.teſtam. l. ultima.C. eodem. Ratio eſt, quoniam huiuſmodi impedimenta ſeruitutis & pupillaris ætatis partim à iuregentiũ ſunt, partim à natura. l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iur. d.l. ult. C. de milit. teſtam. l. i. §. adipiſcimur. ff. de acqui. poſſeſſ. §. pupillus. Inſt. de inutilibus ſtipulati.
† Ideoq; per legem ciuilem, quæ ampliſsimam teſtandi poteſtatem militibus dedit, memorata impedimenta iuris gentium & naturæ non intelliguntur fuiſſe ſublata, uti Bar. eleganter docet in.l. i. nu. primo.& in.l. neq; enim.in prin. in prima oppoſi. ff.eodem de milit.teſtam.Quartò adde tu ultra Doctores, quòd filiusfamilias miles iure militari de Caſtrenſi peculio teſtatur.l. penult.l.Teſtamenta.§. ius teſtandi. l.Miles filiusfamilias.cum. l.ſequenti. l. Ex militari. §. ſi miles. ff.eodem.l. fi.§. quia militibus.iuncto.§. ſed hæc obtinere. C. de inoffi. teſtam. §. exceptis. Inſti. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. §. Sed teſtari quidẽ.&.§.ultimo.Inſti.de milit. teſtamento. Quanq; filijsfamilias, qui milites nõ ſunt, talis teſtandi facultas (uel ſi quoq; pater eis concederet) nequaquam lege permittatur.l.Qui in poteſtate.in prin.l. filiusfamilias in ij. reſponſo. ff. de teſtamen. l. Tam is.§. filiusfamilias.ff.de donati.cauſa mort. l.Senium.§.filium. C.qui teſta.face.poſſ.Inſti.quibus nõ eſt permiſſ.face.teſtam. in prin. Habiti ſunt ſimili modo digni priuilegio milites in perſonis hæredum & legatarij. † Porrò illos,
8.
9.

qui aliàs iure communi neq; inſtitui poſſunt hæredes,
neq; legata capiunt, quemadmodum deportati, iuxta.
l. Edicto prætoris. ff. de bon. poſſeſsio. l. i. C. de hære-
dibus inſti. hæredes ſibi tamen facit Miles, ijſdémq;
pro libito bona ſuà legat. l. Neq; enim. §. deportati. ff.
10. de milit. teſtam. † Quæ indulgentia utcunq; pleniſ-
ſima non planè ſic erit accipienda, uti etiam per eam
inſtitutionem, aut legatum adimere poſsit miles alteri
ius ſuum. l. In fraudem. in prin. l. Dotalem fundum. ff.
eod. æquè non poterit miles ſeruum pœnæ hæredem
facere, uel ei legare: quamuis in deportato ſecus. d. l.
Neq; enim. §. Sed ſi ſeruum. ff. eod. Siquidem ea ſerui-
tus impedimentum ſit iuriſgentium, ad quod latiſsima
illa teſtandi licentia militibus facta non pertinet, ſicut
11. paulò ante in militis perſona ex Bar. oſtendi. † Præ-
tereà iure cõmuni tria tempora in hæredibus ſpectan-
tur: tempus conditi teſtamenti, tempus mortis teſta-
toris, & tempus aditæ hæreditatis. Iſtis tribus tempori-
bus qui ſunt inſtituti hæredes, teſtamenti factio cum
ijſdem eſſe debet. l. Si alienum. §. In extraneis. ff.
de hæredibus inſt. Quum in hærede militis uni-
cum duntaxat tempus ſpectetur, nempè quo mori-
tur ipſe, qui teſtatus eſt, miles. d. l. Neq; enim. §.
ſed ſi ſeruum pœnæ. in ij. & iij. reſponſo. ff. de mi-
lit. teſtam.

12. † Denique iure communi etſi perſona, in qua ſit
turpis ſuſpitio, quinimò & perſona ipſa turpis, poſsit
hæres

hæres inſtitui. §. ſoror autem. Inſti. de inoffi. teſt. iuncta. l. i. ff. de inoffi. teſt. l. affectionis. ff. de donati. Attamen miles non ualet mulieri, in qua turpis ſuſpitio cadere poſsit, quicquam relinquere. l. Mulierem. ff. de his quibus ut indign. l. Miles ita hæredem. §. Mulier. ff. de milit. teſtam. † Quod ſanè ius ſingulare fauore duntaxat militiæ potius ſiue Reipublicæ (quo ſine mulieribus milites in expeditionem ſemper forent ſuccincti ac paratiores) quàm ipſorum militum gratia à Romanis ſobriè ita conſtitutum fuiſſe dubium nõ eſt. l. Quicunque. C. de re milit. Lib. xij. Quamuis alibi Imperator id pro beneficio militibus denegari (ſed hoc eorum auribus cautè datum) Marco militi obiter reſcripſerit. in. l. 2. C. de donati. inter uir. & uxor. † Nam & apud Herodianum libro 3. legitur: Seuerũ Imperatorẽ omniũ primũ militarẽ diſciplinã corrupiſſe. Mulierẽ enim in contubernio habere inter cætera militi contra laudatiſsimã ueterẽ Romanorũ diſciplinã permiſit. † Mirũ dictu, quãti fecerint ſemper Romani diſciplinam militarem: ut uel ob id Paulus ſcripſerit, diſciplinam caſtrorum, quã liberorũ charitatem, parentibus Romanis fuiſſe antiquiorẽ. l. Poſtliminium. §. filius quoque. ff. de captiu. 13. 14. 15.

Inde nimirum eſt (uix quidẽ citra piaculũ hic locus preteriri ſilẽtio poſſet) † quòd cũ ſacerdotes & clerici ſint militiæ cæleſtis milites, ut per gloſſ. 1. in l. penult. ff. de milit. teſtam. Eſt textus in. c. 1. ex. de cleri. ægrot. 16.

in c.

in.c.Saluator.prima.q. iij.c.i. ad fi.in tit. de uaſallo mi‑lit. qui arma belli.depoſu.& portio uel hæreditas Chriſti dicantur.c. Cleros. in prin.21. diſtinct. c. Clericus. in prin.xij. q.i.prcq; Regibus atq; populo Chriſtiano uelut militantes coram Deo preces iugiter fundere debeant.Exodi 17.Iohel.2.Deuteronom.20. Ad He‑
17. bræos 5. † & æquiparantur militibus bellicoſis, ut per gloſſam in.l.filius famil.§. ueterani.in uer. præter‑
18. miſſum.in fi. ff. de procurat. † Mulierum quoq; fa‑miliari conuerſatione carere non ab re, ciuili & Ca‑nonica lege iubentur. l. cum qui probabilem. Auth. Multò magis.Auth. Epiſcopo nullam. C. de Epiſcop. & Cleri.c. i.& per totum tit. extra. de cohabitati. Cle‑
19. ric.& mulier.c. Interdixit. 32. diſtinct. † Promptio‑res nanq; ſunt in cultu Dei & miniſterio Eccleſiæ, to‑toq; corde Deo inſeruire poſſunt à mulierum conuer‑ſatione ſegregati Sacerdotes, inquit Diuus Hierony‑mus. c. Hoſpitiolum tuum. 32. diſtinct. Id quod & militaris etiam Ethnicorum diſciplinæ exemplo ma‑gna cum ratione docemur, ſicuti iam proximè au‑diſtis. Neq; miraberis ideò, quia Ethnicorum exem‑pla de rebus etiam prophanis huc ad ſpiritualia Chriſti traducam. Etenim ſi exemplum non placet, pro‑bare ueruntamen exempli rationem nos omninò
20. oportet: † quæ uel ſi nulla prorſus de hoc lata lex eſſet, quemadmodum eſt, pro lege tamen omni‑bus Sacroſancta eſſe deberet. Sic gloſſa nos docet

in. c. cõſuetudo. in uer. ratione. prima diſtincti. & in. c. ex eo. in uer. rationis. de electi. Lib. 6. l. cùm ratio naturalis. in prin. ff. de bon. dam. Sed militum priuilegia recenſere pergamus.

Meruerunt ſubinde milites priuilegia multa in ipſa teſtandi forma atque ſolennitate. Primùm iure communi ſeptem teſtes ad minus, qui & à teſtatore ſint rogati, neceſſariò ſunt adhibendi in confectione paganici teſtamenti. l. hac conſultiſſima. C. de teſtament. l. hæredes palàm. §. in teſtamentis. ff. de teſtament. §. ult. Inſtit. de teſtam. † At uerò in militari teſtamento, quod 21.
fiat in caſtris à milite, non conſtituto in ipſa pugna, duo ſoli teſtes, qui tamen ad hoc ſint rogati, poſſunt accerſiri: nam fortuiti non ſufficerent. l. Diuus. ff. eod. de milit. teſtam. Si in expeditione bellica & ardenti prælio miles iam uerſetur: tunc utut uolet & quomodocunque poterit, teſtari ei licebit: exempli gratia, ſi ſuper gladij uagina, aut in clypeo literis, uel proprio ſanguine ultimam ſuam uoluntatem adnotârit, aut in puluere etiam elogium ſibi ſcripſerit: id planè ratum erit futurum: dummodo legitimis hoc probationibus (puta duobus teſtibus utlibet fortuitis & non rogatis) poſſit oſtendi. l. milites in expeditione. C. eod. l. Lucius. in prin. ff. eod. † Quum autem miles neque in 22.
expeditione neque in caſtris degit, ſed uel domi aut alibi locorum eſt: teſtari is quidem, ſed iure communi, poterit. l. penulti. C. eod. l. ult. C. de reſtit. milit. §. illis

B autem

autem temporibus. §. Sed hactenus. Inſtit. eod. de mi-
lit. teſt. Sic & gloſſator quoque benè diſtinguit in. l. i. in
uer. nuda. ff. de milit. teſtam. rurſus in. l. Milites. in uer.
ſub ipſo tempore. C. eod. Azo in ſumma eiuſdem ti-
tuli de milit. teſtam. ſcribit Barto. in. l. Neque enim. in
prin. ff. eod. & Bal. quoque in. d. l. Milites in expeditio-
ne. C. eod. Adhæc, quamuis Paganus filium ſuum in
poteſtate uel hæredem inſtituere in teſtamento, uel
nominatim exhæredare teneatur: ne inutiliter teſte-
tur. l. Inter cætera. l. ſi filius qui in poteſtate. l. filiusfa-
milias miles. & toto tit. ff. de liber. & poſthum. l. i. ff. de
23. iniuſto rupt. irri. teſtam. † Attamen filium ſuum mi-
les poteſt ſilentio præterire in teſtamento: dum ta-
men id faciat ſcienter: quæ præteritio pro tacita exhæ-
redatione erit. l. ſicut. cum. l. ſequenti. C. eod. de milit.
teſtam. l. Qui iure. l. Militis. §. Miles in ſupremis. ff.
24. eod. † Deindè agnatione ſui hæredis, quæ fit per le-
gem Velleiam, non rumpitur militis teſtamentum.
l. Idem eſt etſi arrogauerit. cum. l. ſequenti. ff. eod. licet
teſtamentum Pagani ſit. l. Gallus Aquilius, per to-
tam. ff. de liber. & poſthum.

25. † Simili modo nulli hominum alioqui fas eſt, hæ-
reditatem ſuam in codicillis directò hæredibus dare.
l. ij. §. hæreditas. ff. de iur. codicillo. l. hæreditatem.
C. de codicill. §. codicillis autem. Inſtit. de codicill.
Militi tamen id unicè eſt permiſſum. l. Militis codi-
cillis. in princ. l. Quærebatur. circa prin. ibi, Quin-
imò

imò etſi codicillos etc. ff. de milit. teſtam. Paganus teſtamentum, quod fecit, non poteſt nuda uoluntate abolere: ſed aliud poſterius teſtamentum ſolenne ad infringendum prius factum deſideratur. l. ij. ff. de iniuſt. rup. irrit. teſtam. l. hæredes. §. ſi quid poſt. ff. de teſtam. §. ex eo autem. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm. † Miles uerò nuda uoluntate prius conditum 26.
iure militari teſtamentum perfacilè delet. l. In fraudem. §. ſicut. cum. §. ſequenti. ff. de milit. teſtam. Diuerſum in ueterano, qui iure communi teſtatus fuiſſet, nuda tum uoluntate teſtamentum non aboleret. l. Militis. §. ueteranus. ff. eod. Non ualet paganus aliquem impuberi filio pupillariter ſubſtituere, niſi ſibi quoq; teſtamentum faciat: & niſi illius fuerit poſteà etiam adita hæreditas, pupillare teſtamentum euaneſcet. † Cæterùm in milite ſecus utrunq; accidit: quo- 27.
niam & ſoli impuberi filio teſtari iure militari ſeu ſubſtituere poteſt: uel ſi ſibi impuberiq; filio ſimul fecerit teſtamentum, tametſi eius hæreditas non adeatur: ſubſtitutio ueruntamen pupillaris efficax manet, ſuumq; retinet robur. l. ij. §. Quiſquis. ff. de uulgar. & pupilla. l. In fraudem. §. item tam ſibi. l. Miles ita hæredem. §. ult. ff. de milit. teſtam. † Poſtremò cum duo- 28.
bus teſtamentis ualidis nemo, præter militem, decedere poteſt. l. i. & l. ij. ff. de iniuſto rup. irrit. teſtam. l. Quærebatur. in prin. ff. de milit. teſtam. Hæc de forma & ſolennitate militaris teſtamenti.

Gaudent adhuc priuilegijs aliquot milites circa di-
29. ſpoſitionis teſtamenti ſubſtantiam. † Quanquam pa-
ganorum nemo filio puberi, aut extraneo hæredi in-
ſtituto, qui hæres ei poſteà exiſtat, alium directò ſubſti-
tuere (puta, ſi inſtitutus hæres meam adierit hæredita-
tem, & intra tempus aliquod deceſſerit, ei ſubſtituo
Titium) iure communi queat: ſed obliquè per fidei-
commiſſum id ſolummodò fieri poſſit. §. ult. Inſt. de
pupill. ſubſtit. Attamen in caſu præmiſſo miles inſtitu-
to hæredi filio puberi, uel etiam extraneo ſubſtituere
directò prærogatiua militari poteſt. l. Centurio. ff. de
uulg. & pupill. ſubſtit. l. In teſtamento. la. i. ſub finem.
ibi, licere militibus proprio priuilegio etiam hæredibus
extraneis etc. C. de milit. teſt. l. 5. l. Miles ita hæredem. §.
exhæredato. ff. eod. Rurſus per fideicommiſſum reli-
cta à milite libertas, perindè ac ſi directò data eſſet habe-
tur. Quod in paganorum teſtamentis non ſine diſtin-
ctione eſt admiſſum. l. Neq; enim. §. ultimo. cum l. ſe-
30. quenti. ff. eod. † Et uerba enunciatiua in ultima uo-
luntate militis propter aliud principaliter emiſſa diſpo-
ſitionem inducunt: in pagani autem teſtamento non
31. æquè. l. ex his uerbis. C. eod. † Neq; militis legata mi-
nuuntur per legem Falcidiam ſicuti à pagano relicta:
ſicq; ultra dodrantem miles contra iuris communis
indulgentiam rectè legat. l. ſi certarum. §. fi. cum. l. ſe-
quenti. ff. eod. l. In teſtamento militis. C. eod. l. i. ff. ad. l.
32. Falcid. † In eodem quoq; teſtamento datam hæredi-
tatem

tatẽ miles adimit exhæredatione ſubiecta: cum in Paganico teſtamento huiuſmodi ademptio hæreditatis ſola exhæredatione contingere non poſsit. d. l. ſi certarum. §. ſi eodem teſtamento. ff. eod. Poteſt dein miles hæredem ſibi in una certa aliqua re inſtituere, neq; illa inſtitutio ad uniuerſam eius hæreditatem trahetur:
† quoniam, ſi uelit miles, partim teſtatus & partim inteſtatus rectè decedit. l. ſi miles unum ex fundo. l. Miles ita hæredẽ. in prin. ff. eod. l. ij. C. eod. l. cogi. §. ſed etſi miles. ff. ad Trebelli. At quidem in pagano homine utrunq; ſecus eſt conſtitutum. Etenim in re aliqua ſingulari ſi hæredem unum duntaxat Paganus ſibi inſtituerit, in uniuerſo is illi detracta rei ſingularis mentione hæres erit: per conſequens, neq; teſtatò et inteſtatò Paganus decedere poterit. l. i. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſti. l. Ius noſtrũ. ff. de reg. iur. §. Neq; enim 33.
idẽ. Inſt. de hæred. inſti. † Quod uerũ eſſe in Pagano 34.
ſcilicet exiſtimabis, quando tẽpore mortis teſtatoris illud ita accidit, ut is partim teſtat[9] partim inteſtatus moriatur. Cæterũ ſi id poſt mortem ex accidenti contingat, haud dubiè lex diſcrimen huiuſmodi non improbat. l. circa. ff. de inoffi. teſt. l. Nec ipſa. cum l. præcedenti. ff. de collati. dot. † Quamobrem nec iuri accreſ- 35.
ſcendi in militis teſtamento locum eſſe conſtat. l. ſi duobus. l. ex militari. §. filium. l. Idem eſt etſi de teſtamento. cum l. ſequenti. in prin. ff. de milit. teſt. Id quod in Paganorum teſtamentis eſt planè diuerſum, uti in

allegatis iuribus eſt uidere : & patet in.l.Triplici mo-
do. ff. de uerb. ſignifi.l.Re cōiuncti.ff.de leg.iij.l.uni-
ca.§.His ita definitis.uerſ.In his itaq;.C.de caduc.tol-
lend. Non ueruntamen præ alijs hominibus Paganis
gaudebit aliquo priuilegio miles,ut ius ſuum alteri in
ultima uoluntate queat auferre.l.cùm filiusfamilias.l.
Miles ita hæredem. §. Mulier.uerſ. nec tutorē. ff.eod.
36. † Simili modo militis diſpoſitio, quæ uel turpis eſſet,
uel bonis moribus contraria,aut cum Prætoris edicto
pugnaret,nihilomagis quàm alicuius Pagani ualebit.
l.ſi à milite. §. edictum Prætoris.ff.eod. Recenſuimus
priuilegia quæ ad ſubſtantiam ultimæ uoluntatis mi-
litum pertinent.
37. Nunc diſpicere operæprecium erit, † num iure mi-
litari,aut communi miles in dubio ultimam ſuam uo-
luntatem condere ſit credendus. Vacillant in ea di-
ſceptatione noſtrates in.l. i.poſt gloſſam.ibi.in.l. quã-
quam. in.l. In teſtamento.la.i.ad fi. C. eod. & rurſus
gloſſa in.l.Si miles unum ex fundo. ff. eod. Quibus
tamen in locis communis opinio Doctorum eſt,quòd
miles in dubio præſumatur uti iure communi,non au-
tem iure militari in teſtando, per iura prædicta. Idem
Alexander aſſerit in.l.Centurio.nu. 29. per illum tex-
tum.ff.de uulg.& pupilla.Facit tex.in.l. ſi certarum. in
prin.ff.de milit. teſtam.Opinioni ſcribentium accedit:
38. † Quia in dubio non habetur ratio eorum,quæ ſpe-
ciali iure competunt ; ſed eorum duntaxat,quæ à iure
communi

communi ſunt.l.ergo.§.ſi is qui in integrum. ubi Bar. annotat per illum tex.ff. de fideicomiſſ. libert. Ideoq; præſumitur potius cauſarũ cognitor datus, uti Iudex, qui ſecundum ius cõmune iudicet; quàm uelut inquiſitor, qui extra iuris ordinem cognoſcat: Ita tradunt Speculat. in tit. de inquiſi. §. 1. uerſ. ſed nunquid. & Abbas in.c. examinata. ex.de Iudici. † Eodẽ ſpectat, 39.
quoniam ius cõmune priuilegio firmius exiſtimatur. Facilius quippè aboletur quod ualet iure ſpeciali, quã quod nititur iure cõmuni.l.eius militis.§.ſi militia miſſus.ff. de milit.teſtam.l.Centurio.ubi etiam DD.ff.de uulg.& pupill. §. Quia uerò uerisimile. uerſ. oportet enim.in Auth.de non alienand. † Sic & Princeps in 40.
dubio non præſumitur uti plenitudine poteſtatis; ſecundum Innocentium & Abbatem in.c. Innotuit.ex. de electio.& iterum Abbatem in. c. illa quotidiana in 2. notabili. per illum textum. eod. tit. & in. c. Ad hæc. extra de reſcript. Bal. & Paul. Caſtrens. in. l. ſi teſtamentum. per illum tex. C. de teſtam. quemadmodum Alexander latè proſequitur in. d. l. Centurio. nu. 29. 30. 31. 32. 34. & 35. ff. de uulg. & pupill.

Ego uerò equidẽ contrariã ſententiam certiorẽ atq; ueriorẽ dixerim: † ut miles in dubio genus teſtandi 41.
iure militari, nõ autem iure cõmuni elegiſſe uideatur. Hoc exquiſitè probatur in.l.ſi miles. unũ ex fundo. ff. de milit.teſtam.iuncta.l.i.§.ſi ex fundo.ff.de hæredib. inſtit.

inſtit. in.l. ſi duobus. ibi, niſi hæc uoluntas defuncti probata fuerit &c.ff.de milit.teſt. Et quamuis Decius in.l. Quanquam. num. 20. C. eod. conetur aliò detorquere ſenſum illarum legum: attamen reſponſiones eius ſunt ſanè cauillum & iniquæ torſiones, parum aut nihil penſi habentes: contradicúntq; rationi in illo textu expreſſæ. Deniq; præterea euidentiſsimè iſtud contra Decium ac alios probatur in.l.ſi miles qui deſtinauerat.ff.eod. Triplici nanq; modo aut quadruplici illum locum ſic expendo. Ita nanq; ibi in prin. legitur: Si miles qui deſtinauerat communi iure teſtari &c. Ex quibus nimirùm uerbis apparet: quum miles uult commnni iure teſtari, de ipſius uoluntate ſeu deſtinatione inprimis conſtare debere. Porrò ea, quæ in animo conſiſtunt, ſolaq; uoluntate noſtra perficiuntur, extrinſeco nihilominus actu aliquo ſunt indicanda.l. Mutum.ubi gloſſa. i. Bar. & alij tradunt.ff.de acquir. hæredit. Quia propoſitum in mente retentũ nihil operatur.l. ſi repetendi. C. de condic.ob cauſam l. cùm in plures.§. locator horrei. ff. locati. Quod ubi iure militari teſtatur, minimè eſt neceſſarium. l.i. ibi, ut quoquo modo teſtati fuiſſent, rata eſſet eorum uoluntas &c. ff. eod. Ergò iure communi non cenſetur in caſu dubio teſtari miles, niſi talis uoluntas ipſius eſſe oſtendatur; ſicq; tunc res in ambiguo non eſſet. Demum inferiora eiuſdem legis uerba illud ipſum non obſcurè indicant; ibi, nec credendus eſt quiſquã genus

teſtandi

teſtandi eligere ad impugnanda ſua iudicia etc. Proindè in confeſſo eſt, quòd ubi dubitatur, quonam iure miles uti uoluerit in teſtando, tum iure militari non quidem communi eum uſum uideri: ſiquidem maiori cum difficultate & ægrius ualdè quis conficiat teſtamentum ſecundum iuris communis regulas, quàm iure militari: & per conſequens facilius etiam multo quis labi poſſit in teſtamento, quod iure communi fit, propter multiplicem in eo requiſitam ſolennitatem: quàm in teſtamento militari conficiendo, quod nullis ſolennitatibus iuris eſt ſubiectum, ut ibi, & in. l. ex imperfecto. l. ſi unus de ſeptem. l. hac conſultiſſima. uerſ. non ſubſcriptum. &. §. ex imperfecto. C. de teſta. l. hæredes palàm. per totam. ff. de teſtam. Facit textus in. l. cùm fideicommiſſum. ibi, & computatio difficilior eſſet etc. ff. de confeſſ. Stultiſſimum quidem Legiſlator uocat eum, qui dum expeditiſſimè atque ex uſu rem, quam intendit, ſuam conficere poteſt, ſeſe difficultatibus ultrò libenter implicat. §. cæterùm. uerſ. ſed erit ſtultiſſimus. Inſtit. quod cum eo. Imò (quod & fortius eſt) quando miles deſtinauit iure communi teſtari, & de ſua uoluntate palàm conſtat, nihilomagis tamen beneficio militari renunciaſſe creditur: ſed illud adhuc ab eo mordicus retineri, lex putat. d. l. ſi miles qui deſtinauerat. ibi, neque enim qui uoluit iure communi teſtari etc. Igitur multo magis id aſſerendum in caſu dubio erit, quum uoluntas eadem militis

ſeu deſtinatio non apparet. Auth. multo magis. C. dè ſacroſanct. eccleſ. cum ſimilibus. Benè his congruit tex. in. l. cùm de indebito. §. Qui enim ſoluit. ff. de probati. Iterum ex eadem. l. ſi miles qui deſtinauerat. ſic argumentor: Miles, qui uult teſtari iure communi, animi ſui deſtinatione hoc ipſum ſtatuere apud ſe prius de-
42. bet, ut ibi habetur: † ſed ea, quæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi uera & certa ſcientia perfici poſſunt. l. In totum omnia. ff. de reg. iur. Igitur miles non poterit in dubio uideri eſſe teſtatus iure communi: quia in ambiguo nulla eſt certitudo. l. ubi autem non apparet. in prin. & per totam. ff. de uerb. oblig. l. certum. ff. de confeſſ. l. certum. ff. ſi cert. petatur. l. In ambiguo. ff. de reb. dubi. Et quòd miles in dubio præſumatur iure militari teſtari, non autem iure communi, indico eſſe in fortioribus terminis tex. apertum, quem non uiderunt Doctores in. l. Tribunus. §. cùm aliquis. ff. de milit. teſtam. ubi miles legens ſimpliciter teſtamentum, quod antequàm militaret iure communi fecerat, & rurſus obſignans, creditur in dubio uelle id iure militari ualere: licet antea iure communi ualuerit. Sic itaq; multo magis hoc ipſum affirmarim, quando nullum teſtamentum iure communi feciſſet, ſed dubitaretur, quonam iure teſtari uellet, aut teſtatus eſſet.

Non repugnant huic ſententiæ allegata à noſtratibus in contrarium iura. Etenim tex. in. l. i. C. eod. de milit.

de milit. teſtam. intelligendus eſt ſecundum expoſi-
tionem gloſſatoris inibi: ut ſcilicet miles inſtituendo
ſpecialiter fratrem ſuum in paganicis bonis hæredem,
manifeſtè uideatur nolle bona caſtrenſia ad eundem
fratrem ex illo teſtamento pertinere. Et ſic probatio
alia extrinſecus non eſt neceſſaria: quum liquidò ſa-
tis ex ea inſtitutione conſtet ipſius militis mens. l. ſi
miles unum ex fundo. l. ſi duobus. ff. eod. Vel re-
ſponde, uti mox in ſequenti reſponſione ſum dictu-
rus. † Simili modo ad. d. l. Quanquam. C. eod. dices 43.
quòd in ſpecie illa facti coram Cæſare propoſita ap-
parebat ex aliquibus Cæſari, militem diuiſiſſe totam
hæreditatem ſuam hæredibus inſtitutis in tres unci-
as ſiue partes: quemadmodum clarè illic Imperator
teſtatur in uerbis illis, in tres partes diuiſiſſe eum
apparet hæreditatem etc. Et illa utiqꝫ non fuit po-
ſtrema cauſa iſtiuſmodi certitudinis: quia inſtitue-
rat in tribus uncijs filiam & uxorem, perſonas ſi-
bi chariſſimas. l. cùm rem alienam. C. de legat.
Alioqui ſi militis uoluntas in obſcuro fuiſſet, ue-
lut quoniam non inſtituiſſet fortè tales perſonas:
proculdubio in reliquo dodrante inteſtatum mili-
tem deceſſiſſe, & in ſolo quadrante teſtatum Impe-
rator pronunciaſſet. d. l. ſi miles unum ex fundo. ff.
eodem. cum ſimilibus proximè adductis. Iſta reſpon-
ſio non minus etiam conuenit prædictæ. l. i. C.
eod, ubi frater fuerat à milite hæres inſtitutus. Neqꝫ

 te moueat

te moueat Imperatoris deciſio in præallegata.l.in teſtamento.la.i. in fi.C.eod. Ibi ſanè ex euidentibus argumentis primo intuitu uidebatur miles nolle ſuo priuilegio militari uti. Fecerat nanque reciprocam ſubſtitutionem inter inſtitutos hæredes: quæ pupillarem propter inæqualem cohæredum ætatem minimè continebat. Cùm enim hæredes illos ætate ſcilicet inæquales inuicem & reciprocè ſubſtituiſſet, reciprocaque ſeu uiciſſitudinaria ſubſtitutio, ut ibi dicitur, non poſſet ex uerborum ſono ac proprietate niſi ad uulgarem ſubſtitutionem referri, in qua locum ſolummodò poterat ibi uiciſſitudo habere: conſequens itentidem fuit, non aliter militis diſpoſitionem accipi, quàm prolata ab eo uerba & materia ſubiecta oſtendebant.l.Labeo. ad.fi.ff.de ſuppellecti. lega. Idcircò dicenti aliam, quàm uerba & cohæredum conditio demonſtrabant, in ea reciproca ſubſtitutione militis fuiſſe mentem, proban-
44. di munus haud iniquè lex defert: † ſiquidem præſumptio iuris in aduerſarium transferat probandi neceſſitatem. l. ſi chyrographum. ff. de probati.c.quia ueriſi-
45. mile. extra de præſumpti. † Dein Papinianus in. l. Centurio. ff.de uulg. & pupilla. opinioni noſtratium aſſenſiſſe dici non poteſt. Fateor equidem, ex illa compendioſa ſubſtitutione Centurionis, ſubſtitutum iure ſolùm communi uniuerſa bona filij decedentis in pupillari ætate capere. Ratio eſt, quoniam fauorē nullum lex eo caſu militibus tribuit, quando filius in pupillari

ætate

ætate moritur. Inſti. de pupilla. ſubſti. in prin. Vnde cùm non expediat militi neq; opus illi ſit maiore priuilegio gaudere, quàm iure communi ſit & Paganis & militibus æquè indultum: non ab re Papinianus reſpondit, ſubſtitutum ad bona impuberis defuncti iure cõmuni uenire. Et licet miles, ſi uellet, poſſet efficere, ut ad pupillariter ſubſtitutum pertinerent ſolummodò bona, quæ ab ipſo ad pupillum perueniſſent. l. Sed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de uulg. & pupilla. tamen illud intelligendum eſt in caſu certo, quando miles ita prorſus uoluit: ne ſcilicet quid contra eius uoluntatẽ minuſq; fauorabile ſibi accideret. Etenim militi in priuilegium lex concedit, ut impuberi filio (etſi etiam non ſibi) teſtamentum rectè faciat. l. Miles ita hæredem. §. fi. l. In fraudem. §. Item tam ſibi. ff. de milit. teſt. Quamobrem Iuriſconſultus in. d. l. Sed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de uulg. & pupilla. ſubſti. cum myſterio dixit: niſi mihi proponas militem, qui hac mente ſubſtituerit &c. Ex quibus nimirum uerbis commoneſcit lectorem legiſlator, ne exiſtimaret in dubio militem uelle ad ſubſtitutum ſua ſolummodò bona, non etiam impuberis filij, pertinere: niſi ea mente miles probetur fuiſſe: ut ſua tantũ bona, quæ ad impuberem perueniſſent, haberet ſubſtitutus. † Nihil identidẽ feceris obiectum locũ in allegata. l. Si certarũ. in prin. ff. de milit. teſt. Nam & ibi in ſpecie illa facti aliud priuilegium, quàm à iure communi eſſet alioquin conſtitutum, lex 46.

militibus dare neutiquã eſſe neceſſarium duxit. Itaq; miles uniuerſa eius bona in ultima uoluntate eo pacto diſtribuens, & uoluit & planè debuit communi Paganorum iure eſſe contentus: ſicuti nuper in prædicta. l.
47. Cẽturio. ff. de uulg. & pupill. accidiſſe docui. † Quod autem allegabatur, rationem in dubio habendam eorum, quæ iure cõmuni, non quæ iure ſpeciali ſunt introducta. l. ergo. §. ſi is qui in integrum. ff. de fideicom. libert. Sic mihi illud euenit, quoniam interpraetatio illa plus, quàm altera, libertati ſeruo relictæ fauebat. Nõ iniuria igitur idem dixeris econtrà in quæſtione propoſita: Quandoquidem enim plus fauoris militibus tribuitur, ubi eorum uoluntates iure militari cenſentur: non mirum erit, ſi ad iuris communis amuſsim in caſu dubio non referantur. Aliàs quæ pro militibus magno fauore ſunt adinuenta, aduerſus illorum utilitatem in caſu dubio iniquè conuerterentur cõtra textum in. l. i. ff. de milit. teſtam. in l. Quod fauore. C. de legibus. in. l. legata inutiliter. ff. de adim. legat. cum ſimilibus. Et licet à Principe datus cauſarum cognitor, uideatur in dubio potius Iudex conſtitutus, qui ſecundum ius commune iudicet, quàm inquiſitor, qui extra iuris ordinem ius dicat &c. attamen id non quia in dubio hærendum ſit iuri communi, ſed longè alia ratione (ne ſcilicet cum detrimento & iniuria ſubditorum Princeps cognitorem cauſarum, uel quid aliud feciſſe in dubio crederetur) ſic eſſe decretum exiſtimabis.

exiſtimabis.l.Nec auus.C.de emancip. liber. l. Reſcri-
pta.C.de precibus imperat.offer.l.ij.§.Merito.§. ſi quis
à Principe.ff.ne quid in loco publi. Inde nimirum eſt,
quòd Princeps in dubio non præſumitur uti plenitu-
dine poteſtatis &c. ne per latiſsimam ipſius poteſta-
tem iuri ſubditorum facilè detrahere dici poſsit : quod
præter eius legiſq; mentem fieret ut audiſtis. † Quod 48.
& poſtremò adducebatur : facilius tolli quæ iure ſpe-
ciali fiunt, quàm quæ iure communi. Quanquam illud
fortè generaliter uerum eſſet : non tamen in milite
(prout ſubiecta diſputatio noſtra tota de milite eſt,
non etiam ueterano, qui iam deſijt militare) id proce-
deret.d.l.eius militis.§.ſi militia miſſus, ibi, nec tamen
circa militem eadem adhibetur diſtinctio &c. ff.de mi-
lit.teſtam. An autem facilius tollatur quod ualet iure
ſpeciali, quàm quod ualet iure communi, habes textũ
in Auth.hoc inter liberos.C.de teſtament.ubi contra-
rium deciditur. Videas nihilominus ad hoc Roma-
num in ſuo conſilio 159. & ex his contraria à nobis
haud magno negotio ſublata conſpicis.

Tenes nunc proindè, opinor, priuilegia, quibus mi-
lites in condendis elogijs ſuis ſunt donati. † Cæterũ 49.
hoc unum te cum primis generaliter meminiſſe opor-
tebit : memorata priuilegia ſolis militibus qui militiæ
operam reipſa nauabant fuiſſe legibus conceſſa : mi-
litia autem miſsis, quos ueteranos appellamus, non
item.l.Idem eſt etſi de teſtamento. uerſ. ſed ſi iam ue-
teranus

teranus. cum. l. ſequenti. in prin. ff. eod. l. ult. §. Quia militibus. C. de inoffi. teſtam. §. ſed hactenus. Inſti. de milit. teſtam. Quamuis & ueterani nonnulla (ſed nõ per magna illa) retinuerint nihilominus priuilegia: ut in. l. i. l. ij. & per totum illum titulum. ff. de priuileg. ueteran. in. l. i. l. ij. ff. de ueteran. milit. ſucceſsio. in. l. i. l. ij. l. iij. &. l. iiij. C. de ueteran. Lib. xij. in. §. illis autem.
50. uerſ. ſed teſtari quidem. Inſti. de milit. teſtam. † Præterea militiæ tempore facta teſtamenta, intra annum à die miſsionis iure militari adhuc ualent. l. ſi poſt miſſionem. l. ſi miles teſtamẽto. ff. ad. l. Falcid. l. ſi certarũ. §. fi. cum. l. ſequenti. ff. de milit. teſtam. d. §. ſed hactenus. uerſ. & quod in Caſtris. Inſti. eod. Tributa ſunt & permulta alia degentibus in caſtris militibus præter cauſam teſtamentariã in tutelis, in iudicijs, atq; in alijs, priuilegia: quæ ſingula perſequi, nec loci huius, nec mei eſt inſtituti.

Quæro igitur iam aliud potius, quod rei ceptæ con‑
51. uenit magis: † an noſtri huius æui milites iiſdem ſint ornati priuilegijs, quibus olim ſuperioris ætatis illos decoratos fuiſſe recenſuimus? Seuera hæc quippè & difficilis quæſtio eſt: quæ nec inuidia prorſus carere uideatur. Verùm quòd uſu quotidiano ſummaq; utilitate celeberrima eſt: illam pro ingenij mei paruitate accuratiſsimè nihilominus tractare hoc planè loco decreui. Quocirca dicendum inprimis erit, eiuſcemodi prærogatiuas militares ad noſtrates milites non pertinere,

tinere. † Porrò talia fuerunt priuilegia conceſſa mili- 52.
tibus, qui cum ſolennibus Romanorum cæremonijs
in numerum militum relati approbatiq; eſſent, ſecun-
dum gloſſ. in. l. penult. ff. ex quibus cauſis maior. &
gloſſam primam in. l. filiusfamilias. §. ueterani. ff. de
procurator. Sed quum hodie milites non ſic creentur:
conſentaneum eſt, eos memoratis beneficijs non frui,
atq; pro militibus debere minimè haberi: prout innuit
ſatis apertè gloſſator in. d. l. penultima. & clarius id-
ipſum affirmat altera gloſſa in. §. fi. uerſ. ſiquidem. in
fi. in Auth. de mandat. Princip. Eſt bonus textus in
ſimili in. l. ſi quis. C. de Fabricenſibus. Lib. 11. in. l.
Nominationes. C. de appellati. Secundò, leges pri-
uilegia ſua concedunt militibus duntaxat, qui bella
gerunt actuq; ipſo militant: Veteranis autem, qui
miſſionem meruerunt militareq; deſierunt, eadem
priuilegia (nonnullis, uti paulò antè dixi, exceptis)
non tribuunt. Ergò quia aurati milites noſtri in caſtris
non agunt, neq; rei bellicæ ſtudent: dicendũ erit, iſtos
beneficij militaris expertes fore. Quare Cynus in. l.
i. col. iij. uerſ. Quod rarò de noſtris militibus etc.
C. de iur. & fact. ignor. ait: Milites noſtri temporis,
quoniam negotijs priuatorum uacant, & armis ſeu
defenſioni Reipublicæ non incumbunt: Imò cùm
illorum multi reperiantur, qui ſe armis induere ne-
ſcirent: priuilegijs militaribus eſſe indignos. Et hanc
partem ſequuntur Barto. & Albericus in. l. militem.

C. de procurator. Pro quibus ſunt bona iura. in. l. Milites noſtros. in. l. finali. C. de locato & conduct. in. l. ultima. in fi. C. de reſtitut. milit. in. l. unica. C. negociator. ne milit. Lib. xij. facit textus in. l. generaliter. la. ij. C. de Epiſc. & Cleric. in. l. Qui ſub prætextu.
53. C. de ſacroſanct. Eccleſijs. † Vnde Barto. ſcribit in. l. filiusfamilias. §. ueterani. in prin. per illum textum. ff. de procuratorib. quòd milites noſtri temporis, qui in militia non degunt, ſed in plateis uagantur, poſſunt quoq; pro alijs quibuſcunq; contra diſciplinam militarem procuratores paſſim agere. Ex quibus ſanè liquet, quod etſi maximè ſolennia omnia in creandis huius ætatis militibus, adhiberentur, quemadmodum non adhibentur: attamen nihilomagis militaribus fruerentur beneficijs. Tertiò,
54. † ceſſante priuilegij cauſa, exolet ſimul & priuilegium. l. Titia Seio. §. uſuras. ff. de leg. ij. l. generaliter. uerſ. eos tamen. C. de Epiſc. & Cleric. c. cùm ceſſan-
55. te. extra de appellati. † Enimuerò cauſa concedendi militibus tot ampliſſima priuilegia, fuit ut pro tutela Romani Imperij omnibus ſoluti curis expeditiſſimi, operam armis iugiter & ſtudioſè darent. l. Aduocati. C. de Aduocat. diuerſ. Iudicior. l. Militem in fi. C. de procurator. l. i. per totam. ff. de milit. teſtam. l. Milites. C. de locato & conduc. cum ſimilibus. Ergò militibus noſtris, in quibus eiuſmodi cauſa prorſus non eſt, priuilegia militaria nullo iure debentur.

bentur. Quartò, ut ad primum penè redeam, Mili-
tes, qui non ſunt deſcripti in libro ſeu matricula mi-
litum, tanquam priuati homines habentur, priuile-
gijs militaribus non gaudentes. gloſſa eſt notabilis
in.l.eos.in uerſ. qui per illum textum.C.de offi.ma-
giſt.milit. Eſt bonus textus in.l. ex eo tempore. ff.
de milit.teſtam. & facit textus in. l. Matriculam. C.
agentibus in rebus.Lib.xij. Sed noſtrates milites in
matriculam Cæſaris non ſunt relati: meritò eis, ut-
pote hominibus priuatis, militaria priuilegia dene-
gantur. Quintò & ultimò: uel ſi etiam eorum no-
mina in numeros militum & matriculam militarem
eſſent relata, ſicuti non ſunt, militesq́ ab omnibus
ſalutarentur: non tamen priuilegijs militum gaude-
rent. † Qui enim milites ſolo nomine ſunt, mili- 56.
tiæq́ munia non obeunt, prærogatiuas militum non
habent.l.ſcriniarios.ubi Bal. & Doctores annotant
per illum textum. C. de milit. teſtam. Idem reſpon-
dit Franciſcus Aretinus in ſuo conſilio xij.incip. In
cauſa Nicolai. poſt prin. uerſ. unde qui erant mili-
tes etc. Hanc ſententiam complexi ſunt Speculator
& Ioannes Andreæ in addit. eius, in titulo de pro-
curatorib. §. i. uerſ. Item quod eſt miles etc. Idem
rurſus Ioannes Andreæ & Canoniſtæ alij in.c.cùm
deſideres. extra de ſent. excommu. Doctores com-
muniter in. l. i. C, de iur. & fact. ignor. At uerò
econtrà adduci argumenta plura poſſunt, quibus

noſtrates milite. prærogatiuis militaribus nequaquam eſſe indignos ſuaderi poſſe uidetur. Primò, iſtiuſmodi milites equeſtri dignitate inſigniti, licet etiam ſub armata militia ſtipendia non faciant, immunitatibus ta-
57. men militum Romanorum frui debent. † Nam nec torquebuntur in iuditio, nec de crimine aliàs conuicti pænis plebeiorum erunt adficiendi. l. Milites. in prin. ibi, etiam ſi non emeritis ſtipendijs uideantur eſſe dimiſſi etc. ubi & Barto. tradit. C. de quæſtionibus. Idq; dignitatis honori lege datum creditur. l. Nihil ſibi. in
58. fi. C. eod. titulo, de quæſtionibus. † Idcircò Bal. in. l. i. in fi. C. qui bonis cede. poſſ. ſcribit, milites noſtri temporis non poſſe pro debito contractus aut ultimæ uoluntatis in carcerem trudi: quia ueri ſunt milites. Aliàs nomine falſo uterentur: Quod abſonum nempè foret. Et quamuis (Bal. ait) non habeant inſignia ueteris diſciplinæ militaris: habent tamen inſignia nouæ, quæ loco ueteris ſucceſſit. c. Translato. ext. de conſtituti. Huc pertinet: quoniam priuilegiorum militarium eſt particeps omnis, qui qualitercunq; militat. Ideoq; ueteranus poſteà nuncupatur, qui militauit anteà qualitercunq;. l. ſed & milites. §. ueteranus. ff. de excuſa. tutor. Igitur quomodocunq; militent noſtrates, ſiue cuiscunq; negotiorum ſtudio ſint dediti, conceſſis lege
59. immunitatibus gaudebunt. † Sic æquè uidemus, & nautas & remiges in claſſibus milites eſſe: Imò & ipſos uigiles nocturnos, excubias in urbe agentes: qui

omnes

omnes militari iure utuntur.d.l.ſed & milites. §. Qui autem inter nocturnos.ff. de excuſat.tutor.l. unica.§. In claſsibus.§. Item uigiles.ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit. Quo loco ait gloſſator in uerſ. milites ſunt,non modò milites, qui arma tractant,uerùm etiã aduocatum in iudicio, nec non officialem quemlibet in ſuo officio,ac denicp tandem in ſyluis catulum militare. Et licet cæremoniæ illæ ueterum Romanorũ in creandis hodie militibus cõſuetudine generali exoleuerint: attamen eiuſdem naturæ milites abſcp ſolennitatibus huiuſmodi nunc deſignatos quis eſſe dixerit? Ita nancp in ſimili uidere eſt: ſolennitatem actionum antiquam, túncep adeò celebrẽ, noſtra iam tempeſtate eſſe nullam.l.ij. §. Deinde ex his legibus. ff. de orig.iur.l.i.l.ij.C.de formul.& impetrati. Quum eiuſdem nihilominus efficatiæ & roboris, detractis ſolennibus uerbis,exiſtant etiamnum actiones. l. Actio. ff. de negot.geſt. facit textus.in.l.ordo.ff.de public.iudici.l. Decreto.C.ex quibus cauſis infam.irrog. Quibus præſertim locus eſſe uidetur: quia generalis conſuetudo in toto Romano Imperio, ſciente & non refragante Cæſare, inueterata potuit cæremonias illas militares haud dubiè abolere.l. De quibus per totam.l. Diuturna. ff. de legib. l. ij. C. quæ ſit longa conſuet. iuncta.l. Quidam conſulebant in fi. ff. de re iudic. Imò uerò quòd Cæſar milites abſcp uetuſtis illis cæremonijs quotidie creat,dicendum eſt,omnium priuile-

D iij giorum

giorum militarium eos eſſe hoc in primis nomine par-
60. ticipes. † Alioqui Imperator authoritatem ſuam, legem,& decretum ſolis uerbis ſeu nomini uacuo militari, non quidem rebus ipſis tribueret. Quod minimè gentium à ſe unquam fieri cõtendit. l. omne uerbum. in fi.C.communia de legat.l.unica. ubi bonus textus. C.de Dedititia liber. tollen.l. ut uerborũ inanium. in prin.C.qui admitti.Quamobrem lege lata cautum eſt: Sacrilegij inſtar haberi: dubitare an non hi, quos Imperator elegit,digni ſint.l.ij.C.de crimi. ſacrileg. Præterea negari non poteſt, quin & alij ſint in Republica hodie milites,qui ſub ducibus exercitus ſtipendia merent:& his,quoniam armis uacant,in caſtris degunt, in expeditionibus bellicis,ubi res poſtulat,uel ſeſe hoſtibus pro Republica mactandos offerunt,uel in copias hoſtium hoſtiliter irruunt: beneficia militaria dubio
61. procul ſubtrahenda non ſunt. † Quanquam autem certum eſſet, hos non eſſe ueros milites, ſecundum gloſſam in.l.penultima.ff.ex quibus cauſis maior.cum ſimilibus: ueruntamen cùm ſit in illis eadem ratio,quæ in militibus Romanis olim fuit, eodem nimirùm iure frui poterunt.argumento.c.Inter corporalia. extra de translati. Epiſco. l. Illud. in prin. ff. ad. l.Aquili.& eſt præcipuus locus ad hoc in.l.unica.ff.de bono. poſſeſſio. ex teſtam. milit. Ita propriè ſcribit Romanus in conſilio ſuo 43. incip. Ad primum quæſitum.col. ij. uerſ.unde puto &c, ubi quoq; ait,quòd iura loquentia de mili-

de militibus locum habent in illis Magnificis domi-nis, qui etſi milites non ſint, in exercitio tamen armo-rum & in loco hoſtili pro Republica uerſantur. Citat bonum textum in.l. ultima. ff. de milit. teſtam. Idem rurſus tradit ipſe Romanus in conſilio 506. incip. In re præſenti, circa princ. uerſ. nec curo ꝙ iſte mi-les &c. Sic Paul. Caſtrenſis & Alexander in.l. ſcri-niarios. ad fi. C. de milit. teſtam. Ita Cynus in.l.i. col.iij. uerſ. Quid ergo dicemus. & Doctores com-muniter. C. de Iur. & fact. ignor. Argumenta nunc tenes affirmatiuæ partis. Cui autem opinioni in an-cipiti controuerſia accedendum ſit, diſpicere modo re-liquũ erit. † Cynus in.l.i.C.de Iur.& facti.ignor. quẽ 62.
Doctores ibi alijſq́ in locis, ut dixi, cõmunibus ſuffra-gijs ſequuntur, duas tantummodò militum ſpecies in-dicat: quemadmodum Alexander & alij communiter teſtantur in.l.Centurio.ff.de uulg.& pupilla.Bar.in.l. filiusfamilias.§. ueterani.in prin. ff. de procurator. & Decius nouiſsimè in Rubrica.C. de milit.teſt. At quia Doctores errarunt nõ ſolum in conſtituendis duabus duntaxat militum ſpeciebus, ſed & in nonnullis alijs etiam grauius, prout audies: ideò ſtatui, poſthabitis interpretum illorum erroribus, ueritatem ipſam, rudi detracta ueſte, hoc loco nobis conſpicuam patefacere. Pro illuſtratione nimirum præſentis dubij ſciendum eſt, quod ſicuti ſunt Maiores & minores Valuaſores. c.i.§.ſi capitanei in titulo.de feud.March. uel ducatus.

c.i.in

63. c.i. in titulo de Feud. dat. minimis Valuaſorib. † Ita & militum quidã maiores quidam minores in Romano Imperio habentur. l. ultima. §. Iubemus. C. de loca
64. to & conduc. † Cæterũ uerò omnium militũ Romani Imperij (quæ de militibus imperij dicemus, eadem ſine ullo prorſus diſcrimine de militibus Apoſtolicæ ſedis Romanæ ſeu Põtificis Maximi dicta planè exiſtimabis, iuxta notata per Angelũ in. l. Ille autẽ. in fi. ff. de hæred. inſt.) hac tempeſtate tres ſunt ſpecies, ſiue or
65. dines. † Primũ ordinẽ mea quidẽ ſentẽtia complent uiri Principes, qui ab Imperatore Romano feuda maiora tenent: Secundũ Equites aurati: Tertiũ hi, qui ſti
66. pendia merent. † Etenim Principes hi, ſunt ueri Cæſaris milites, quemadmodũ & ipſe Cæſar Eccleſiæ Catholicæ eſt miles atq; defenſor: ſiquidẽ inter alia illud præſertim iureiurando Vaſalli Principes Imperatori promittant, ſe cõtra omnes illũ armis pro uirili adiuturos. c.i. in prin. & in §. contra omnes. in titulo. hic finitur lex & c.c.i. in titulo de noua for. fidelit. & in titulo precedẽti. Idẽ aliàs quandoq; uos docui de uenatione Germanica diſſerens in Repetitione. l. 2. numero. 178. C. de pact. inter emp. & uẽdit. Quod & Auguſtus quicunq; & Imperator deſignatus Eccleſiç Romanæ propè iurat. c. Tibi dño. 63. diſtincti. Porrò tenẽtur Vaſalli iſti Principes nihiloſecius ac Romani illi olim milites, ſeruitiũ ſiue auxiliũ perſonale in bello Cæſari prçſtare. c. Miles qui beneficiũ. ad fi. in titulo de Vaſall. milit.

qui

qui arma bellic. depoſue. c. i. ad fi. in titulo. An mutus
uel alias imperfect. ubi etiam gloſſa ultima hoc ipſum
annotat. c. i. §. Hoc autem notandum. in titulo. qui
Feud. dare poſſunt. Tradit Corneus in conſilio ſuo 16.
col. iiij. in prin. Lib. primo. † Et tales Vaſallos Princi- 67.
pes non gaudere militum priuilegijs (paucis exceptis)
reor: niſi quando in caſtris pro Republica ſeu Impe-
rio militarent. l. fi. C. de reſtitutione militum. l. fi. uerſ.
quia militibus. C. de inoffi. teſtam. l. penult. C. de mili-
tari teſtamento. l. Illis autem temporibus. §. Sed hacte-
nus. Inſtit. de milit. teſtam. † Soli nanq; hi, qui pro 68.
tutela Romani Imperij militant, priuilegijs militum di-
gni habentur: alij non habentur. l. i. per totam. & l.
ult. ff. de militari teſtamento. l. Aduocati. C. de Aduo-
cat. diuerſ. Iudicior. l. Milites. uerſ. armis autem. l. ult.
C. de locat. & conduct. l. Militem. in fi. C. de procura-
tor. l. penultima. ff. ex quibus cauſis maior. l. unica. ff.
de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit.

† Hinc eſt, quòd ſecundi ordinis à Cæſare creatis 69.
militibus auratis, quos armatæ militiæ non incumbere
conſtat, prærogatiuæ militares eo ſolo nomine ne-
quaq; debentur: ſecundum ueram, communem, & re-
ceptiſſimam Doctorum omnium ſententiam in. l. i. C.
de iur. & facti ignor. Barto. & Albericum in. l. militem.
C. de procuratoribus. & eundem Bartolum in. l. filius-
familias. §. ueterani in prin. ff. de procurat. prout anteà
multis argumentis, quæ pro parte negatiua in medium

retuli, idipſum oppidò indubitatum eſſe oſtendi. Cur
nanqꝫ militaribus beneficijs fruerentur milites,qui rei
20. bellicæ operam minimè gentium nauant? † Lege
etenim priuilegia denegantur hominibus, qui mu-
nus, quod profitentur,non implent. l. Qui ſub præ-
21. textu.C.de ſacroſanct.Eccleſ. † Quo loco Bartolus
cenſuit per illum textum, eos, qui in Gymnaſijs ſtu-
dioſi uolunt uocari, nominaqꝫ propria in album ſtu-
dioſorum ſiue matriculam curarunt exſcribi, non de-
bere immunitatum Gymnaſij eſſe participes, ſi publi-
cas profeſſorum lectiones ſibi conuenientes non au-
diunt. Indè nimirum Paulus Caſtrenſis in.l.ſcriniari-
os.nu.5.C.de milit. teſt.ſcribit,ſe uidiſſe multos ſcho-
lares ultramontanos in publicis Gymnaſijs commo-
rantes, ut fructus Eccleſiaſticorum beneficiorum per-
cipere tantiſper poſſent, aut legati alicuius ſibi ſtudio-
rum cauſa relicti capaces eſſent: lectiones autem pub-
licas non audirent: Ideoqꝫ tales immeritos ſtudioſos
uel beneficiorum fructibus, uel quibuſcunqꝫ ſtudio-
rum cauſa relictis optimo iure carituros. allegat Ca-
ſtrenſis præſignatam.l.Qui ſub prætextu.C.de ſacro-
22. ſanct. Eccle. † Errare mihi proindè nimis uidentur
noſtra hac ætate Rectores Gymnaſiorum facultatúm-
ue adminiſtri: qui tam faciles ſunt, imò deſides quan-
doqꝫ ac molles,ut Canonicis Eccleſiarum atqꝫ alijs ſo-
lo nomine ſtudioſis teſtimonia nihilominus publica
de tempore ſtudij illorum non minus ampla quàm

falſa

ſalſa concedunt. Quandoquidem huius farinæ ado-
leſcentes omnibus priuilegijs, immunitatibus, & emo-
lumentis, quæ ſedulò ſtudentibus ſunt à lege uel Pon-
tifice maximo tributa, ſplendidè ſint indigni, per præ-
dicta. † Vt uerò ad equites auratos redeam: hoc illi 13.
priuilegio certè gaudebunt (tametſi reliquis careant)
ne in iudicio tormentis & quæſtionibus ſubijciantur:
neq; plebeiorum pœnis propter admiſſa crimina ad-
ficiantur. Id quod equeſtris ordinis dignitati peculia-
riter datum eſt. l. Milites. ubi Barto. iuncta. l. Nihil. in
fi. C. de quæſtionib. tradit Salycetus in. l. i. col. penult.
uerſ. ſed priuilegium ne torqueantur etc. C. de iur. &
fact. ignor. † Vbi & Cynus col. penult. uerſ. & ſatis 14.
in hoc priuilegio gaudent etc. uult iſtiuſmodi mili-
tibus honorem quoq; & reuerentiam ab inferioris
ſortis hominibus, dignitatis ratione, deberi. Quod
uerum eſſe citra controuerſiam arbitror: quoniam
dignioribus reuerentiam minus dignos exhibere
oportet. l. Milites agros. §. Irreuerens miles. ff. de re
milit. l. generaliter. ff. de in ius uocan. & aliás latè
ſcripſi in Repetitione. l. ij. ſub numero 156. C. de
pact. inter empt. & uendit. † Aliam adhuc præ- 15.
rogatiuam equitibus auratis deberi, ne pro debito
contractus, aut ultimæ uoluntatis carceri mancipen-
tur, Bal. exiſtimat in. l. i. in fi. C. qui bon. cede.
poſſ.

Non obſtant, quæ pro contrarijs paulò antè fuerunt

 adducta.

26. adducta. † Quanquàm uerò Cæſar nolit authorita-
tem ſuam uel legem ſolis uerbis inditam eſſe: ſed re-
bus ipſis potius.l.omne uerbum.in fi.C.communia de
legat. cum ſimilibus. attamen illud non uidetur tunc
locum habere, cùm Imperator honoris gratia (ſicut in
creatione horum militum euenit) quid uel dicit uel
27. agit. † Quia etiam aliàs uerba honoris, obligatio-
nem non pariunt, neq; magnum robur aut efficati-
am præ ſe ferunt. l. ſi filij. ubi Salycetus per illum tex-
tum. C. de donationibus inter uir. & uxorem. Facit
textus in. l. ſi uerò non remunerandi.§.cum quidam.
& ibi gloſſa. in uer. commendandi.ff.mandati. De-
niq; iterum reſponde: nos equites Cæſaris auratos
non gaudere ſolo militari nomine: uerùm immuni-
nitate carceris atq; torturæ frui: nec non & prærога-
tiua honoris, dignitatis, ac reuerentiæ aliquo modo,
ut prædixi, inſignes eſſe: Itaq; Cæſarem in illis crean-
dis non omninò operam fruſtrà inſumere. Identi-
dem non repugnat ſententiæ noſtræ Doctorúmue,
& illud: qui militat qualitercunq;, beneficij militaris
expers non debet eſſe.l. ſed & milites.§.ueteranus.ff.
de excuſ.tut.Illic etenim Modeſtinus non intellexit de
his, qui qualitercunq; militaſſent, id eſt, qualicunq; ne-
gotiorum militiæ ſtuduiſſent. Cæterùm ea locutio-
nis generalitate uoluit tantum complecti illos, qui ſub
armata militia aut legionarij fuiſſent, aut alias extra
legionem in exercitu nihilominus uel in Caſtris
militaſſent.

militaſſent. Quem ſenſum & ex Modeſtini uerbis fa-
cilè elicimus, & gloſſator inibi in uer. militauit, clarè
æquè docet. Igitur locus ille equites auratos, qui ar-
matæ militiæ non uacant, ſed uel otio familiari uel pri-
uatis alijs exercitijs aut ſtudijs dediti ſunt, iuuat mini-
mè. Quod autē argumentabamur à minori ad maius,
de nautis, remigibus, nocturniſꝗ excubitoribus ad
milites auratos: non operoſum eſt eam tollere argu-
mentationem: cui & nonnihil ſubtilis fallatiæ ineſt.
Meritò quidem nautæ omnes & remiges in claſsibus
Romani Imperij inter nauales milites recenſentur. d.l.
unica.§.In claſsibus.ff.de bonor. poſſeſſ. ex teſt. milit.
quoniam Imperij fines & rempublicam, ut quiſꝗ alius
in hoſtili loco pedeſtris miles, periculo uitæ propriæꝗ
ſalutis militando tuētur. † Eadem & de uigilibus ur- 78.
bis Romæ, qui magno olim in honore ac pretio ob
egregiam, quam in cuſtodienda ab incendijs urbe, ci-
uiumꝗ conſeruanda tranquillitate nauabant operam,
ſicut reliqui alij quiꝗ milites, habiti erant, ſunt dicen-
da.l.iij.& per totum illum titulum.ff.de offi.pręfec. ui-
gil.l.ſed & milites.§.Qui autem.in prin.ff.de excuſ.tu-
tor.d. l. unica. §. Item uigiles.ff.de bonor. poſſeſſ.ex
teſt.milit. † Diuerſum hodie de uigilibus ciuitatum, 79.
qui & magiſtratuum ſimul ſunt famuli, atꝗ lictores,
carnifices plerumꝗ ſordidi, ſenties.

Tertia uerò militum ſpecies ſiue ordo illos continet
milites, quibus ſub armata Cæſaris militia ſtipendia

 dantur.

80. dantur. † Hos nempe (quòd uitæ diſcrimina ſubire pro Republica non recuſant, & in ipſis priuilegiorum militarium cauſa maximè uiget) militum prærogatiuis omnibus hodie dignos nemo non iudicat. Eſt bonus ad hoc locus in fortioribus terminis in. d.l.unica.ff.de bonor.poſſeſſ. ex teſt. milit.in. l.ultima.ff.de milit.teſtam. Tametſi enim ſolennes ceremoniæ in deligendis hodie id genus militibus deſierunt in uſu eſſe: tamen effectus eorum militiæ idem, ſubſtantiáq; ipſa manet.Ideoq; & ius in illis meritò idē erit. l. Decreto. C.ex quibus cauſis infam.irrog.l.Actio. ff.de negoti. geſt.l.ordo.ff.de public.iudic.Sic nanq; Doctores,Iacobus de Rauēna,Cynus,Bar.Bal.Salycetus, & alij cōcordibus uotis annotāt in.d.l.i.C.de iur.& fact.ignor. Albericus in.l.Militem.C.de procuratorib.Romanus in conſilio 43. & in conſilio 506. Alexander in. l. Centurio.numero 23.uerſ. Hoc tamen fallit &c.ff.de uulg.& pupilla. Decius in hac Rubrica. C. de milit.teſtam: & loco ſuperiore idipſum quoq; ſatis ego demonſtraui.

Nunc maioris declarationis ergo, ſecundum præ-
81. dicta generaliter quæro: † An milites, quos paſsim Reges, aut ciuitates, uel Principes, qui ſunt Cæſare ipſo inferiores, mercede ſibi conducunt, uero militum nomine ſint uocādi, militaribusq; priuilegijs debeāt frui. Quæſtio hæc noua eſt: quæ apud ſcribentium neminem uſq; reperitur. Habet autem duas partes potiſ-

ſimum,

ſimum. Aut enim loquimur de uiris Principibus Romani Imperij, ciuitatibúſue, qui Romano imperio parent, milites ſtipendio conducentibus. Aut eſt quæſtio de militibus Regum, Principum, ciuitatúmue, qui nec imperio uel Cæſari parent. In primo membro ita ſubdiſtingue: Aut Principes uel ciuitates colligunt militem, quò deſciſcant à Cæſare, Imperiúmue Romanum aut Cæſarem armis oppugnent: Aut bella ciuilia inter ſe gerant: Aut pro tutela Feudorum Imperij, uel ipſarum ciuitatum ſeſe copijs & præſidio inſtruant.

† Primo caſu, ſi feuda aliqua ab Imperatore, ſeu Romano Imperio tenent: propter iuſiurandum fidelitatis antea Cæſari præſtitum fiunt protinus periuri: feuda amittunt: crimen læſæ Maieſtatis incurrunt: perduellionis rei ſunt: Rebellium pœnis eos leges ſubijciunt. c. i. in titulo de no. forma fidelitatis. c. i. §. Porrò ſi dominũ aſſalierit. &. §. ſed nõ eſt alia iuſtior. in titulo. quæ fuit prima cauſa benefi. amitt. l. Si quis maior cum materia. C. de tranſactioni. Sozinus cõſilio 59. col. 3. in fi. uerſ. capio ſecundã difficultatẽ &c. Lib. 3. & Romanus conſilio 326. l. i. l. nj. l. is qui in reatu. §. Plane. ff. ad. l. Iul. Maieſt. Habes propriũ locũ de iſtis rebellib. in extrauagãti, in titulo Qui ſint reb. & in tit. Quomodo in crimine læſæ. Maieſt. procedatur. Vnde tales Principes & ciuitates in hoſtiũ numero ſunt habẽdi. l. Poſtliminium. §. Transfugæ. &. §. Transfuga autem. ff. de capti. & poſtlimi. reuers. l. Amiſsione. §. qui deficiunt. ff. de

ff.de capit. diminut. Meritò ipſi eorumq; milites præ-
rogatiuis, quibus ordo militaris alioqui eſt donatus,
83. nullo iure gaudebunt: † quoniam qui ab imperio
Romano deficiunt: & Imperij Romani hoſtes, ut di-
xi, fiunt: & illa, quæ iuris ciuilis Romanorum ſunt,
ilicò perdunt. d. l. Poſtliminium. §. Transfugæ. d.
l. Amiſsione. §. qui deficiunt. l. Quidam ſunt.& ibi
Bar.in fi.per illum textum.ff.de pænis. Idem Bar. in.l.
Hoſtes. numero primo in i. oppoſiti. ff. de capti. &
84. poſtlimi.reuerſ. † Præterea horum milites aut potius
ſatellites cum eorum auctoribus ultimo ſupplicio Ro-
manæ leges adficiunt.l. Quiſquis.in prin.iuncto.§. Id
quod de prædictis. C. ad.l. Iul. Maieſt. Igitur ex uno
eodemq; ipſorum crimine pœnam ſimul & priuile-
giorum premium conſequi, eædem prohibent leges.l.
85. ſiue hæreditaria.ff.de negot.geſt. † Sin autem Prin-
cipes uel ciuitates nulla ab Imperio Feuda habeant:
Imperio tamen ſubſint, Cæſariq; obedire ſoleant: tũc,
quia per defectionẽ hoſtes Imperij fiunt, ut iam proxi-
mè dixi, & Bar.in ſpecie docet in.l.Hoſtes.numero 15.
ff.de capti. & poſtlimi. reuers. dubio procul talium
quoq; milites nulla Romanæ largitatis munificentia
dignos exiſtimabis, per prædicta. Benè facit textus in.
86. c.ex eo non debet.de reg.iur. Lib.6. † Delinquen-
tibus enim leges ſua auxilia uel beneficia minimè con-
ferunt.l.ſed etſi per Prætorem.§.ait prætor.uerſ. Ipſis
enim.ff.ex quibus cauſis maior.l.ij.§.uerba.ff.ad ſena-
tusconſul.Velleia.

Secundo

Secundo caſu primi membri, quando Ciuitates, Reges, aut Principes Romano Imperio ſubiecti militem habent, quò inter ſeſe bella ciuilia mutuò gerant.
† Quamuis diſſenſionibus huiuſmodi ciuilibus Re- 87.
publica lædatur: non tamen in exitium Reipublicæ (quemadmodum ab hoſtibus alioqui fit) principaliter contenditur. Quamobrem qui in alterutras partes diſcedunt, neq; hoſtes propriè, neq; uice hoſtium ſunt. l. ſi quis Ingenuam. §. in ciuilibus diſſenſionibus. cum. §. ſequenti. ff. de capt. & poſtlimi. reuerſ. Barto. ita in ſpecie decidit in. l. Hoſtes. col. ultima. ſub numero 16.
ff. eod. de capti. & poſtlimi. reuer. † per conſequens 88.
ſatellites etiam illarum Ciuitatum, Regum, aut Principum tantum abeſt ut militaribus priuilegijs gaudeant, quum nec milites iure queant uocari: ſiquidem malum à nobis, uel à Republica ſiue Imperio huius conditionis homines nec arceant nec arcere parati ſint, iuxta militaris nominis etymologiam in. l. i. §. Miles autem. ff. de milit. teſtam. Imò Reipublicæ noceant, uti diximus. Ad hæc, bonus textus in. l. Milites. in fi. C. de locato. in. l. militem in fi. C. de procurator. in. l. Aduocati. ibi, nec enim ſolos noſtro imperio militare credimus etc. C. de Aduocat. diuerſ. Iudicior.

Tertio caſu, ubi Ciuitates, Reges, uel Principes, qui Romano obediunt Imperio, militem habent, ut Ciuitates ipſas aut Feuda Imperij tueantur: ſubdiuide ſic rurſus articulum. Aut aduerſus Imperatorem illa de-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

fendunt: Aut contra alios eam defenſionem inſtitu-
89. unt. † Priore caſu, ſiue iuſta ſiue (ut ſic dixerim) in-
iuſta ſit contra Cæſarem defenſio, Milites iſtiuſmo-
di Ciuitatum, Regum, aut Principum nulla militum
Romanorum priuilegia demereri, plus quàm mani-
feſtum eſt. Nam quum hæ Ciuitates & Principes
propter eorum defectionem fiant Domino ſuo Cæ-
ſari Romano hoſtes, uti Barto. docet in d. l. Hoſtes.
numero 15. ff. de capti. & poſtlimi. reuerſ. Conſenta-
neum identidem eſt, omnia, quæ iuris ciuilis ſunt Ro-
manorum, eos cum ſuis militibus perdere. l. Amiſſio-
ne. §. Qui deficiunt. l. Tutelas. §. Item cùm ciuitas. ff.
de capit. diminut. l. Poſtliminium. §. Transfugæ. ff.
de capti. & poſtli. reuerſ. & paulò antè tradidi in pri-
mo caſu primi membri, diuiſionis prioris. Neq; te
ſollicitum habeat, quoniam dixerim: ſiue iuſta ſiue
90. iniuſta fuerit contra Cæſarem defenſio. † Vt quis
ſanè Imperij Romani ſit hoſtis, ſufficit quòd uel is Im-
perio, uel imperium ei bellum publicè decernat. Qua
in re Pomponius, Vlpianuſq; locupletiſſimi ſunt te-
ſtes. l. Hoſtes hi ſunt. ff. de uerborum ſignifi. l. Ho-
ſtes. ubi & Barto. quoq; numero 15. ff. de capti. &
poſtlimi. reuerſ. En ergo ubi Imperium ſeu Cæſar
bellum publicè indicit aliquibus, uel ab aliquibus Cæ-
ſari uel Imperio indicitur: hoſtes illi protinus Cæſa-
ris atq; Imperij ſunt: licet alterutra pars iniuſtam bel-
li gerendi habeat neceſſariò cauſam. l. ut uim. ibi,
nam

nam iure hoc euenit etc. ubi & Barto. notat. ff. de Iuſti. & iur. Eſt bonus textus in ſimili in. l. Si inter me & te. ibi, quia eo ipſo quod meam eſſe pronunciatum ſit etc. ff. de excepti. rei iudic. in. l. Pomponius. §. ſed & is. in fi. ff. de procurator. exceptos ueruntamen in propoſito tres caſus uolo: † ſi ſe 91.
Rex, Princeps, aut Ciuitas hodie defenderet aduerſus Imperatorem, euidenter & notoriè quid contra Dei præcepta iubentem: tunc uti ſacrilego Imperatori, hæretico, & Dei falſo teſti iure reſiſteretur, ſi Iſidoro atque Auguſtino credimus. in. c. ſi is qui præeſt. uerſ. Item is. xi. q. iij. in. c. Quid culpatur. ſub finem. 23. q. i.
† Simili modo ubi Cæſar quid, quod ſuam excederet 92.
Iuriſdictionem, ſubditis imperaret, uelut priuatus aliquis diceretur agere: meritò ei impunè non obediretur. l. Nec magiſtratibus. ibi, uel quaſi priuatus etc. ff. de iniuri. eſt bonus textus in ſimili in. l. Qui fundum. §. ſi tutor. ff. de uſucapio. pro emptore. † Idem dici 93.
oporteret, quando Imperator Tyranni labem & nomen incurreret: tunc, ſicuti in proximis aliis duobus memoratis caſibus, ſenatus populúſque Romanus
† (cuius uertex & cerebrum hoc gratiæ Chriſti ſæculo 94.
eſt ſanè, teſte etiam Baldo, Pontifex Maximus in. l. Nō ambigitur. nu. iij. ff. de legib.) Eccleſiæ auctoritate Cæſarem ipſum armis in ordinem cogere magiſtratúque deturbare, iuſtiſſimè poſſet: ita nanque communibus ſuffragiis propriè decidunt Bal. & Paul. Caſtrenſis in.

d. l. Non ambigitur. ubi etiam Barto. poſt Cynum, Rainerium de ſorliuio, & Gulielmum de cunio. ff. de legib. Abbas in conſilio ſuo 82. incip. Quamquàm in dubijs copioſè. col. ij. uerſ. undè hodie Imperator Lib.
95. ij. † Quando autem Imperator exiſtimandus ſit, quid ſubditis iubere, quod uerbo Dei notoriè ac manifeſtè repugnet, quandóue præter ſuam Iuriſdictionem imperet magiſtratus, prolixè ſcripſi in libro Tripartitę deſenſionis, parte tertia, ſub nu. 43. uerſ. Ab iſta generali regula etc. nec non nu. 55. uerſ. Recenſuimus nuper plures locos etc. ubi etiam, nempè ſub nu. 95. in uerſ. Tyranno autem Principi etc. de Principe Tyranno exigendo affatim diſſero. Proindè tres iſtas exceptiones illic copioſè traditas ſignificantius, quàm hic, cognoſces. Quapropter collectos hiſce de cauſis aduerſus Cæſarem milites omnibus militum priuilegijs gaudere, dubium non eſt.

96. † Porrò quod fit lege permittente, uel priuationis beneficiorum alioqui competentium pœnam, uel coertionem aliam utiq; non meretur. l. Qui iurato. ff. qui ſatiſdar. cogãtur. l. ut uim. ff. de Iuſti. & Iur. l. Gracchus. C. de adulter. l. Iuſtè poſſidet. ff. de acqui. poſſeſſ. Senatus uerò populiq; Romani appellatione quos intelligam compræhenſos, pauld inferius haud obſcurè monebo, ſub nu. 105. 118.

Altero caſu, cùm Feuda uel Ciuitates defenduntur aduerſus alios, quàm Cæſarem: ſiue inuaſores ſint

etiam

etiam ipſi Romano Imperio ſubiecti, ſiue non: † mi- 97.
lites eorum, qui feuda aut ciuitates tuentur, militaribus
priuilegijs omnibus hoc quidē nomine haud indigni
erunt, quod & pro Imperij iuribus conſeruandis, &
pro ſalute patriæ ſimul pugnant. l. In nomine domini.
§. in Sardinia. ibi, & omnes diligenter pro commiſsis
ſuæ cuſtodiæ prouincijs inuigilent: & ab omni ho-
ſtiū incurſione ſubiectos noſtros tueantur illæſos &c.
C. de offi. præfect. præto. Affri. l. Milites. ad fi. ibi, ut
numeris & ſignis iugiter inhærentes, Rempublicam à
qua aluntur, ab omni bellorum neceſsitate defendant.
C. de locato. l. Aduocati. ibi, quam ſi prælijs atq; uul-
neribus patriam ſaluarent &c. C. de Aduocatis diuerſ.
iudicior. † Etenim quia Imperatoris ſeu magiſtratus 98.
eſt, Euſebio teſte, ſubditos ab aliorum etiam inſidijs
ſecuros reddere: ſacráq; ſancta Dei oracula huc ſunt
referenda: Erigite pauperem: & egenum de manu
peccatoris liberate. Pſalmo 81. Et iterum, facite iudi-
cium & iuſtitiam, & liberate ui oppreſſum de manu
calumniatoris. Hieremiæ 22. Id quod & Cæſar ultrò
fatetur in. d. l. In nomine domini. §. in Sardinia. C. de
offi. præfec. prætor. Affric. † Loco nanq; filiorum 99.
Imperator ſubditos habet. l. ſi quis filium. §. ſed nos. C.
de inoffi. teſt. † Et quemadmodum Vaſallus domi- 100.
num, ita dominus Vaſallum ab aliorum iniurijs pro
uirili debet tueri. c. i. §. Dominus, ibi, in his omnibus
uicem fideli ſuo reddere debet &c. in titulo de forma

 fidelita.

fidelit. Meritò Cæſar ipſe creditur, omnem ſuam authoritatem Vaſallis & ſubiectis ſibi populis pro defenſione iurium Imperij tunc impertiri: uoluntatémq; (ſi modo quæ geruntur non ignoret) plane accommodare: ſecundum ea, quæ habentur in.l.ij.§. uoluntatem, & ibi gloſſa in uer. credet. Bar. & Doctores per illũ tex. ſcribunt. ff. ſol. matrim. Et iterũ Bar. in.l. Quæ dotis.nu. 19. eod. tit. facit tex. in.l. Quidã conſulebant. in fi. ibi, Princeps enim. ff. de re iudic. Vel etiã ſi ignoraret Imperator ea, quæ per ciuitates aut Principes Vaſallos, defenſionis ergò, gererẽtur: nihilominus tamẽ ipſi poſſent authoritate Cæſaris, collecto milite, iniuriã propulſare: ac proindè eorũ miles, utpote Cæſarianus, beneficijs militaribus cunctis ornatus cẽſeretur. Quippe cùm huiuſmodi ciuitates & Vaſalli Principes omnẽ ciuitatũ & feudorum curam à Cæſare ſuſceperint, ut in ſimili de magiſtratibus adſerit Iuriſconſultus in. l. i. in
101. prin. ff. ad.l. Iul. de ambitu. † Debẽt hi quoq; & poſſunt, tanquam procuratores in rem ſuam à Cæſare cõſtituti, cuſtodiam feudorum & ciuitatum præſtare. Sic ſanè de uſufructuario iudicamus qui procurator in rẽ ſuam à domino datus dicitur.l. i. in fi. ibi, omnem enim rei curã ſuſcepit, cum.l. ſequenti. ff. uſufruct. quemad. caue. l. i. §. Vſufructuarius. & ibi gloſſa in uer. procuratorio, & Doctores. ff. de òper. nou. nunci. Et in ſpecie de Vaſallis, qui ius multo firmius, quàm uſufructuarius, habent: quod in rem ſuam à domino feudi intelligantur

intelligantur procuratores ordinati, feudáq; nomine directi domini poſsint iure tueri: Paulus Caſtrenſis pulchrè tradit in. l. In prouinciali. §. ſi ego ſuperficiarius. uerſ. Nam ſi uſufructuarius &c. ff. de no. oper. nunciati. † Imò equidem crediderim, quod nedum ignorante Cæſare, ſed & ſciente, minimèq; conſentiente, poſſent nihilominus Vaſalli Principes & ciuitates in caſu præmiſſo defenſionis, feuda & ciuitates eadē Cæſaris authoritate tueri: Quòdq; miles eorum beneficijs militaribus deberet potiri: † quia procuratorem in rem ſuam ſemel conſtitutum, non ualet dominus poſtea reuocare, ſecundum Bartolum in. l. ſi procuratori, numero ſecundo. ff. de condicti. ob cauſam. per tex. in. l. Illā. iunctis notatis ibi per gloſſam. in uerſ. transferre. C. de donationib. Adhæc bonus textus in. l. Qui ſtipēdia. uerſ. Nec poteſt dici. C. de procurator. 102. 103.

Quare ex his nimirum exiſtimabis: militibus præſidiarijs, quos Inclitus Bauarorū Princeps Albertus pro cuſtodia huiuſcè celeberrimi oppidi Ingolſtadienſis iugiter alit, omnia militū Romanorum priuilegia optimo iure deberi: tametſi ijſdem idq; genus alijs militibus nullus propemodum, aut certè modicus, conſuetudine quadam, (quoniam forſan ære paruo merent) ætate noſtra honos habeatur. † Sicuti nanq; olim uigiles, qui urbem Romam cuſtodiebant, & milites ueri erant, & militari iure teſtari poterant: ita æquè hi, qui in præſidijs ciuitatum feudalium 104.

uel

uel aliàs Imperialium, cuſtodiæ cauſa uel à Vaſallis, uel à ſenatu ipſarum ciuitatum aluntur, eadémque pericula aut experiuntur, aut experiri, ſi uſuueniat, non abnuunt, hac tempeſtate milites ſunt, militúmque priuilegijs uti poſſunt. l. unica, ibi, cum eadem pericula experiantur &c. & in. §. Item uigiles. ff. de bon. poſſeſſ. ex milit. teſt. l. Milites planè qui Romæ. ff. ex quibus cauſis maior. Non ſane inferiores hi uidentur milites, qui Romano Imperio ſubiectas ciuitates aut feuda cuſtodiūt
105. illis, qui Romam olim cuſtodierunt: † quum hodie omnes, qui in orbe Romano homines ſunt, intellige, & Cæſari obediunt, ex Antonini Imperatoris conſtitutione ciues Romani ſint. l. In orbe Romano. ff. de ſtat. homin. l. hac cōſultiſsima. in prin. ibi, ciuibus Romanis. C. de teſtam. Inſti. de teſtam. circa prin. ibi, ciuibus Romanis &c. Ob id & eximius ille Claudianus Stiliconi ſuo ſcribens, de Roma inter cæteras urbis laudes, ſic carmine fatur.

Hæc eſt in gremium uictos quæ ſola recepit:
Humanumque genus communi nomine fouit
Matris, non dominæ ritu: ciueſque uocauit,
Quos domuit, nexúque pio longinqua reuinxit.

Et pauló inferius.

Quod cuncti gens una ſumus: & reliquæ.

Quibus cōgruit textus in. l. Roma. ff. ad municipal. in. l. Sed & reprobari. §. Amplius. uerſ. quoniā cōmuni

opinata.

opinata. ff. de excuſ. tutor. Idcircò idem de ciuitatibus
deq; Feudis ad Imperium Romanum pertinentibus
dici poterit: ut in cuſtodiendis ſeu defendendis illis,
uelut Imperij ſiue urbis Romæ portionibus, eadem
priuilegia nunc temporis milites mereantur. † Quia 106.
quod ciuibus ciuitatis datur, ciuitati ipſi tributum cen-
ſetur. l. ij. ff. de reb. dubi. Ait enim Euripides: † ciuita- 107.
tes, uiri ſunt, non ſolitudines. † Et quemadmodum qui 108.
à conſilijs ſummi Principis ſunt, pars corporis illius ha-
bentur. l. Quiſquis. in prin. ibi, nam & ipſi pars corpo-
ris noſtri ſunt. C. Ad. l. Iul. Maieſt. ita ciuitates & loca
Romani orbis ſunt portiones aliquæ ſiue additamen-
ta eiuſdem. d. l. In nomine Domini. in prin. & in. §. In
Sardinia. C. de offi. præfec. prætor. Affricæ. l. Maieſta-
tis. iuncta. l. i. ff. ad. l. Iul. Maieſt. Facit textus in. l. Ma-
lum, nauis. ff. de uerbo. ſigni. ergo priuilegia militibus
Imperij Romani præſtita, habebunt & hi, qui defenſio-
ni & cuſtodiæ locorum Imperij ſunt parati.

Milites uerò illius Principis uel populi, qui inferret
bellum huiuſmodi ciuitatibus aut Feudis Imperij Ro-
mani, omni prærogatiua militari indignos unà cum
ſuis auctoribus eſſe iudicabis. Siue enim Princeps uel
populus, qui ciuitates uel Principes Imperio Romano
ſubiectos armis petit, ad Imperium Romanum ratione
ſubiectionis & obedientiæ, ſeu aliâs ipſe quoq; perti-
neat, ſiue non pertineat: neutro caſu ciuile ius Roma-
num illi militibuſue eius opitulabitur. † Porrò is, qui 109.

bellum infert, ubi eſt & ipſe Romano Imperio ſubieꝫ ctus, nullam publici indicendi belli habet poteſtatem. l. ſi quis ingenuam. §. In ciuilibus. &. §. ſequenti. l. Hoſtes. ubi Barto. numero 16. uerſ. breuiter quando eſt contentio. ff. de capti. & poſtlimi. reuerſ. Hucq́; ſpectare poteſt, quod legitur Deuteronomij 32. Mea
110. eſt ultio, & ego retribuam. † Quippè qui ſuperiorem habet, quem pro iure reddendo accedere ualeat, non debet in propria cauſa ius ſibi dicere. Sed illi adeunꝫ dus erit ſuperior, quem Deus loco ſui in terris conꝫ ſtituit, iuxta Apoſtoli documentum, Romanorum 13. Si autem malum feceris, inquit Apoſtolus, time: non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, uindex in iram ei, qui malum agit. Facit textus in. l. i. in. l. ij. C. ut nemin. lice. ſine Iudic. authorit. l. Iulianus. la. ij. ff. de iudici. l. unica. C. Ne quis in ſua
111. cauſa iudicet. † Vndè neq; illi neq; militibus eius, quos omnes Iurecōnſultus militum nomine non dignatur, militaria beneficia lex indulget. d. l. Hoꝫ ſtes. ibi. Cæteri uerò latrunculi uel prædones etc. ff. de capti. & poſtlimi. reuerſ. l. Hoſtes. ibi, cæteri latrones. etc. ff. de uerb. ſignific. Facit textus in. l. i. l. ij. C. quando lice. unicuiq; ſine Iudic. ſe uindic.

Sin autem Princeps aut populus inferens bellum ciuitatibus aut Feudis Imperij, Cæſarem Romanum nulla ratione agnoſcat Dominum: Imperioq́; Romaꝫ

no minimè gentium uelit ſubeſſe, aut illi parere: † Vtiq; is cum militibus ſuis Romanorum legibus atq; 112.
commodis penitus carebit. Vt enim Cynus ſcribit in. l. Cunctos populos. in prin. C. de ſumma trinit. & fi. catholi. Imperator duplici ratione nõ uult Romanorum leges illis Gentibus aut populis eſſe præſcriptas, qui eidem non obediunt Cæſari. Prima eſt: † ne ſanctæ 113.
leges talibus populis ludibrio fiant: Quod eſt cauendum perquàm diligenter. l. ſi prætor. in prin. ff. de iudici. l. fi. ff. ne quid in loco publi. Alteram addebat huic rationem: Quia propter eorum uilitatem indigni ſunt iſtiuſmodi Principes & populi, honeſtiſſimis legum Romanarum laqueis, in officio communis hominum ſocietatis contineri. argu. l. Quæ adulterium. C. de adulter. † Quod autem legibus Romanorum 114.
non utantur etiam Imperij hoſtes, utpote indigni: conſpicuus eſt locus in ſæpius allegata. l. Amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capiti. dimin. in. l. Poſtliminium. §. Transfugæ. ff. de capti. & poſtlim. reuerſ. Benè facit textus in. c. ex eo non debet. de reg. iur. Lib. 6. & loco ſuperiore in primo caſu primi membri affatim docui. Explicatum eſt primum membrum primæ diuiſionis: nunc ad alterum eiuſdem deuenio. In ſecundo igitur principali membro propoſitæ quæſtionis, ubi quæritur de militibus Principum, ciuitatúmue, ſeu populorum, qui neq; Cæſari neq; Romano Imperio parent, ſic rurſum

tractationem illam ſubdiuides. Illorum qui non obe-
diunt Imperio, ſeu iuſſa Cæſaris non faciunt, quidam
defectione manifeſta ſeſe Imperio ſubtraxerunt: qui-
115. dam alias non parent. † Primo caſu hoſtium numero
habendi ſunt proculdubio illi: & proindè milites eo-
rum priuilegijs militaribus, Romanarúmq; legum be-
neficijs planè indigni. d. l. Amiſſione. §. Qui deficiunt.
ff. de capi. dimin. l. Poſtliminium. §. Transfugæ: ff. de
capti. & poſtlim. reuerſ. Barto. in. l. Hoſtes. numero 15.
ff. eod. de captiu. Sunt & his proximi, qui de facto,
ut dicitur, & per iniuriam abſq; ulla uel iuris uel ratio-
nis allegatione ullóue iuris prætextu Cæſari non pa-
116. rent. † Quum enim arrogent ſibi tantam Iuriſdi-
ctionis licentiam, ut indè puniri deberent: nequa-
quam priuilegio ipſi uel eorum milites aliquo digni
poſſunt uideri. Eſt bona gloſſa in ſimili in Clem.
unica. in uerſ. Regum. de baptiſ. quæ negat, illius Cle-
mentinæ deciſionem ad Principes pertinentem, poſ-
ſe referri ad Principes Dynaſtas Italiæ, qui de facto
Iuriſdictionem, Romani Imperij ſcilicet ſibi uſur-
pant. Quam gloſſam ſequuntur inibi Doctores
communiter dicentes, non refragari textum in. c.
117. Præſidentes. de hæreti. Lib. 6. † Vbi exercen-
tes Iuriſdictionem de facto & exercentes Iuriſdi-
ctionem de iure æquiparantur: quoniam illud ita
eſt ſpecialiter decretum, religionis fauore. Ideoq;
in contrarium eſſe ius commune. l. Ius ſingulare. ff.
de legib.

de legib. Prædicta refert & ſequitur Socinus conſilio 275. In cauſa fratrum. col. 3. uerſ. ſi primo loquimur. Lib. 2. Ioannes Immolens. in. l. Infamem. col. ultima. in prin. ff. de publi. iudici.

Secundo caſu quando non per defectionem quidem apertam, ſed aliàs non ſubeſſe imperio nunc temporis dicuntur: Aut leges Romanorum alioqui recipiunt, illiſq; uiuunt: Aut nec iure Romano uiuunt, nec Imperij Romani Maieſtatem reuerenter agnoſcunt, imperata Cæſaris facere renuentes. † Primo 118.
caſu ciues Romani dubio procul illi ſunt, quos Romanæ leges tenent. † Nam cùm Cæſar Imperij Romani 119.
iuriſdictionem per eam legũ obſeruantiam in illos ex aliqua parte exerceat: uniuerſam indè iuriſdictionem in eoſdem retineri nimirum liquet. l. una eſt uia. ff. de ſeruitu. ruſtic. prædior. l. ij. ff. quemad. ſeruit. amittan. l. ſi prius. in prin. iuncta gloſſa ibi in uer. plures. ff. de aqua plu. arcenda. Idipſum Bar. in ſpecie docet in. d. l. Hoſtes numero tertio uerſ. Quidam ſunt, qui non obediunt Romano Imperio in totum &c. ff. de capti. & poſtlim. reuerſ. † Iſtorum itaq; milites ciuium Ro- 120.
manorũ, ſi fuerint collecti pro defenſione illius Regni, ciuitatis, uel loci Romano Imperio etiam ſola (uti diximus) legum obſeruantia ſubiecti: gaudebũt certè militum Romanorum immunitatibus: dummodò contra Cæſarem aut Imperiũ defenſio inſtituta nõ ſit: quemadmodum loco ſuperiore utrunq; ſignificantius

ànnotaui in uerſ. Tertio caſu, ubi ciuitates uel Principes &c. Quæ uera ſunt, ſi conniuente Cæſare eóſq; non monente, illam libertatis licentiam ita ſibi uſurpent: prout inferius proximè dicam.

Altero autem caſu, quum nec iure Romano Principes, Reges uel ciuitates uiuunt, iuxta. c. ſuper ſpecula. extra de priuilegi. nec Imperij Romani Maieſtatem cum reuerentia comiter agnoſcunt, obedientiæ ſcilicet Cæſaris ſeſe palàm ſubtrahentes: Aut id ſibi iure præſcriptionis licere adſerunt: Aut ex priuilegio contractúue eam inobedientiæ licentiam ſiue libertatem à Cæſare Romano ſe conſequutos aiunt. Priore caſu, Bar. in. d. l. Hoſtes. numero ſexto ibi, ut Rex Franciæ, Angliæ, & ſimiles. ff. de capti. & poſtlimi. reuerſ. nec non & in. l. Infamem. in fi. ff. de publi. Iudi. haud obſcurè ſentit, eiuſcemodi Reges, Principes, & ciuitates, per illam libertatis præſcriptionem optimo iure niti, quo minus ſubſint Imperio Romano: quandoquidē facilè concedat Bar. eos non teneri, obedientiam amplius præſtare Cæſari: nihilóq; minus tamē ciues Romanos rectè uocari. Quamobrem hinc colligi poſſet, iſtorū Regum, Principū, aut ciuitatū militibus priuilegia militaria iure deberi. Opinionē Bartoli cōfirmare uidetur tex. in. c. ſuper quibuſdā. §. Præterea extra de uerb. ſignificati. ubi liquet, quòd ea, quæ alias ſoli Cæſari competunt in ſignū ſpecialis priuilegij, poſſunt acquiri pręſcriptione tanti tēporis, cuius initij nulla apud homines extet memoria.

Cæterum

Cæterùm (ſi uera loqui licet) uerbis Bartoli, quæ perfunctoriè nimirum ſine magna deliberatione protulit, minus oportet credi. † Porrò obedientiæ, quã 121.
ſubditi ſemel ſupremo Principi debent, nullo temporis, utlibet longiſsimi, interuallo poteſt unquam præſcribi. l. Comperit. ubi Salicetus, & Doctores ſic per illum textum tradunt. C. de præſcriptio. 30. uel 40. annor. c. cùm non liceat, ubi gloſſa ultima in prin. Abbas, atq; Doctores reliqui per illum textum ita planè decidunt. c. cùm ex officij. iuncta gloſſa in uer. uiſitationem. extra de præſcripti. Eſt bona gloſſa in. c. i. in uerſ. non obſtante. de cleri. ægrot. Lib. 6. Altera gloſſa in. c. uolumus. in uerſ. Eccleſiæ. 16. q. 4. Ita in ſpecie docet Bal. in. l. i. col. 4. in prin. uerſ. Item gloſſa eſt ordinaria, quòd contra Principis ſupremam poteſtatem &c. C. de emancipati. liberor. † Ex quibus appa- 122.
rent dicta obiter per Socinum ſeniorem de iſtiuſmodi præſcriptione Florentinorum contra Romanum Imperiũ, in conſilio ſuo 47. in præſenti cõſultatione: col. 4. uerſ. Tertio iſta opinio &c. Lib. 4. nihilo, quàm Bartoli ſcripta, eſſe meliora. Vtitur Socinus in eo, quẽ dixi, loco ſolius Bartoli autoritate: qui cũ ab omnib. cõmuniter ſit reprehenſus, tum & ab ipſomet Socino: uti paulòpoſt indicabo. Id qđ & conſpicua quoq; ratione poteſt oſtendi. † Etenim leges Romanæ, quæ nulla 123.
alia ex cauſa ſubditos populos uinciũt, quã quòd populi Romani ſeu Romani Imperij iudicio latæ ſunt. l. De quibus,

quibus.§. Inueterata. ff. de legib. ſi præſcriptioni inobedientiæ authoritatem aduerſus Romanum Imperium tribuerent: ad eum caſum nempe deuenirent, à quo incipere non poſſent. (Quoniam Romanum Imperium cui ſeſe tali præſcriptione cunctæ gentes libenter nunc fortè ſubducerent, ad nihilum ſic recideret.) Ideoq; protinus corrumperentur.l.pro parte. ff.de ſeruit. Et ludibrio omnibus forent: quod graue nimis atq; indecens, eædem iudicãt leges.l. ſi prætor. in prin. ff. de iudici.l. fi. ff. ne quid in loco publi. Itaq; abſurdi uitandi gratia improbanda eſt omnibus modis ea præſcriptio.l. nam abſurdũ. iuncta.l. præcedenti in fi. ff. de bon. libert.l. obſeruare. §. Poſthæc.ff.de
124. offi.procons.& legat. † Sic etiam in ſimili uidere eſt, conſuetudinem uel præſcriptionem, quæ ſit contra neruum Eccleſiaſticæ diſciplinæ penitus reijci. c. cùm inter.in fi.ubi gloſſa & Doctores communiter per illum textum ſic aiunt extra de conſuetudin. Eſt optimus
125. mus textus in.c. Monemus. 12.q. 2. † Idem ergo de præſcriptione aut conſuetudine, quæ contra neruum & ſubſtantiam Romani Imperij foret, prorſus erit di-
126. cendum. † Fraternizant enim, ut ſic dixerim, Imperiũ & Eccleſia. Auth. quomodo oporte. Epiſcop. in prin. Bal. refert in.l. Benè à Zenone. numero decimo. C. de quadr. præſcrip. & Bar. in prima Rubrica digeſti uete-
127. ris. nu. 13. in fi. † Hoc ipſum in indiuiduo cõtra præſcriptionẽ ſupremæ poteſtatis Romani Imperij uoluit Bal. in

Bal. in Auth. Quas actiones. numero 14. uerſ. Tu dic quòd ſuprema Iuriſdictio etc. C. de ſacroſanct. Eccle. † Deniq; leges conquiſitæ fuerunt á Romanis & latæ ad incrementum & amplitudinem Romani Imperij. l. ij. §. exactis. el primo. ibi, ut ciuitas fundaretur legibus. & in. §. nouiſſimè, ibi, Reipublicæ per unum conſuli etc. ff. de orig. iur. Igitur nulla ratione poſſunt ipſæ leges accipi uel interpræatari, quò diminutionem Imperij huius, per eam præſcriptionis occaſionem operentur. Adinuenta enim pro incremento nequeunt detrimentum præſtare: ſicut introducta ad priuationem, non debent effectum contrarium parere. l. i. §. undè quæritur. ff. de publican. l. legata inutiliter. ff. de adim. legat. l. Aurelius. §. teſtamento. ff. de liberat. lega. l. quod fauore. C. de legib. Ad hæc, textus iuncta gloſſa in. c. Nulla. 93. diſtinc. in. c. Abbatibus. 18. q. ij. & quod tradit Bal. in. d. Auth. Quas actiones. numero 14. uerſ. ex his apparet. C. de ſacroſanct. Eccleſijs. inquiens, non poſſe ullo tempore præſcribi iuri non appellandi ad ſummum Principem: quoniam appellatio illa ſupremam Iuriſdictionem ſpectat: Quanq; ſatis præſcribi poſſit, ut ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum non appelletur: quia iſtiuſmodi præſcriptio ſupremæ iuriſdictioni non cohæret: ſed tantum inferiori. allegat locum in. c. uenientes. extra de iureiurando. † In propoſito ſcribit Innocentius in. c. Bonæ. el ij. extra de poſtulati. prælat. & refert Abbas in. c. ex geſtis. extra de

128. (beside line 3: "Deniq; leges conquiſitæ…")

129. (beside line 26: "cum in. c. uenientes…")

aut Prouincijs, ſeu Ciuitatibus, uel Dominijs (quemadmodum certe in Europa iam fieri paſſim, publicis ad hoc erectis gymnaſijs cernimus) coluerunt antehac ſemper ius ciuile Imperij Romani: utiq; Romanum Imperium ea ratione ſupremam omnem Iuriſdictionem ſuam in illos uſq; in hodiernum diem retinuit: quaſi nunquam non Romanorum leges eos aſſiduè, ne libertati contra Imperium (licet etiam ſecundum communem opinionem eiuſcemodi præſcriptio aliás impoſſibilis ſit) præſcribant, interpellarint. Barto. ita pulchrè tradit in. l. Hoſtes. numero iij. & iiij. ff. de capti. & eſt textus in. l. una eſt uia. ff. de ſeruit. ruſti. prædior. in. l. ij. in. l. ſi ſtillicidij. in fi. cum. l. ſequenti. ff. quemadmodum ſeruit. amitta. gloſſa in. l. ſi prius. in prin. in uerſ. plures. ubi & Barto. ff. de aqua plu. arcen. Quod & loco priore commonefeci, eundem planè effectum eſſe propter eandem doctrinam Bartoli, ac memorata iura, dixerim Imperij Romani linguæ, quæ nuncupatur latina. † Ea etenim lin- 133.
gua Romani leges ſuas, quibus uiueretur, uniuerſo orbi præſcripſerunt. Igitur ut & latinam linguam ſubiecti populi callerent ſimul neceſſariò præceperunt. Qui enim uult conſequens, uult identidem & neceſſarium antecedens. l. Illud dubitari. ff. de acqui. hæredit. l. Ad rem mobilem. l. Ad legatum. ff. de procurat. l. ij. ff. de iuriſdic. omn. iudic. Quod Romanorum decretum in tota Europa etiamnum accuratiſſimè ſeruatur.

134. † Porrò ius ciuile Romanum (quod non citra immortalem huius Romanæ linguæ gloriam eloquar) latinè conſcriptum, in publicis Gymnaſijs latino idiomate docetur. Necp ſolùm ius ciuile, ſed & ius canonicum, ſacræ literæ, Medicina, Philoſophia, ac reliquæ minores denicp artes latino ſermone diſcuntur. Imò in templis quocp & foro ſacra atcp iudicia fermè omnia latinè duntaxat peraguntur: & ipſa latina lingua, uelut aliarum Regina primatúmcp inter omnes orbis linguas obtinens, & publicè & priuatim præ alijs di-
135. ſcenda ſtudioſiſſimè traditur. † Quamobrem & hoc nomine ſupremam Imperij Romani Iuriſdictionem in illos populos, Regna, atcp Dominia adhuc hodie integram uigere, in quibus latina lingua colitur, dubium non eſt per proximè adducta. Quibus & illud addiderim: ſicuti damnato auctore, libri, leges, & ſcripta eiuſdem improbanda ſunt. c. fraternitatis. extra de hæreti. l. Mathematicos. C. de Epiſcopa. audi. c. licet ex quadam. ex. de teſtib. ita è contrario recepta iugiter latina lingua, approbatiſcp legibus, earum auctor, qui eſt Romanum Imperium, nuncp non uidetur retentus. atcp approbatus.

Ex his oppidò conſtat, Bartolum non iniuria ab Abbate reprehenſum in memorato. c. cùm non liceat. numero 16. extra de præſcripti. quo loco ait Abbas, Bartolum malè iudicaſſe: qui dixerit quod Princeps aliquis, uel ciuitas poſsit aduerſus Imperium Romanum

iuri

iuri omnimodæ libertatis & inobediētiæ præſcribere: † quandoquidē hoc ſit impoſsibile, aliquem præſcri- 136.
ptione temporis ſibi libertatis prærogatiuam, ne cui-
quam ſubſit, acquirere poſſe. Sic æquè reſpondit So-
cinus ſenior in conſilio 275. in cauſa fratrum. col. 3.
uerſ. ſi uerò uolumus ſecūdo dicere &c. Lib. 2. ubi ait,
hanc eſſe doctiſsimorum uirorum magis communem
opinionem: aduerſus ſupremam Cæſaris Iuriſdictio-
nem præſcriptioni nullum eſſe locum: Damnátq; ob
id Bar. qui in. l. Hoſtes. ff. de captiu. aliter, & ſibi ipſi
alijs in locis, (ut uerbis Socini utar) etiā contrarius,
iudicauit.

Neq; obſtat obiectus ille locus in. c. ſuper quibuſ-
dam. §. Præterea extra de uerb. ſignificatio. Verū quip-
pe eſt, poſſe Regibus, aut aliàs Principibus acquiri in
ſuis ditionibus & territorijs per tempus immemorabi-
le ea, quæ in ſignum ſpecialis priuilegij reſeruata ſunt
unicè Cæſari, ut ibi: † attamen quòd Rex, ciuitas, uel 137.
quiuis alius Princeps præſcribere queat, ne ſubſit Im-
peratori Romano: impoſsibile id, ut diximus, eſt. Por-
rò cùm ſine poſſeſsione præſcriptio non procedat. l.
ſine poſſeſsione. ff. de uſucapi. † Nec quiſquam ſe- 138.
ipſum poſsidere poſsit. l. homo liber. §. fi. ff. de acqui.
rer. domi. conſequens eſt, illam, de qua agitur inobe-
dientiæ libertatem nullo tempore, nullo æuo quem-
quam aduerſus Imperium ſuæ perſonæ poſſe nanciſci.
Ita in ſpecie declarando reſpondet Abbas in. c. per ue-

 nerabilem.

nerabilem. numero 37. uerſ. Puto quòd iſti Princi-pes &c. extra qui fil.ſint legit. Et rurſus idem Abbas in d.c. cùm non liceat numero 16. extra de præſcripti. Sic quoq; Bal. in terminis noſtræ diſceptationis docet in.c.i.numero 3.uerſ.& quia non præſcribitur contra Cæſaream poteſtatem &c. in titulo Quæ ſint Regal. Habetur per Felinum latiſsimè in.d.c.cùm non liceat. col.3.numero decimo.11.12.13. ubi in utranq; partem iſta examinat extra de præſcriptionib.

139. † Quæ ſanè certiſsima deciſio nulli Regum, Prin-cipum, aut ciuitatum iniqua poteſt iure uideri, cum

140. propter ualidiſsimas rationes pridem recenſitas, † tum quòd in communi uniuerſorum conditione ſu-premo uni Magiſtratui obedire, quædam libertatis eſt ſpecies: ſicuti olim ſcripſi in Repetitione. l. 2. nume-

141. ro 162.C.de pact.inter empt.& uendit. † Cenſerem idcircò ſic de militibus iſtorum Regum, ciuitatum, aut Principum, qui contra Imperatorem præſcriptionem huiuſmodi libertatis inanem allegant, planè ſtatuen-dum: ut ſeriò officij ſui à Cæſare commoniti, debitam Romano Imperio obedientiam præſtarent, iuxta. l. Quod te mihi. cum materia. ff. ſi cert. petat. l. Ti-tiæ textores. §. fi. ibi, & antequàm interpellare-tur &c. ff. de legat. i. & l. ſi ex legati. ibi, aut inter-pellatus non dediſti &c. ff. de uerb. oblig. l. Mora. in prin. ff. de uſur. cum ſimilibus. Si contumaces iuſtis monitis non obtemperarent; tam ipſi quàm eorum

eorum milites omni beneficio militari deberent prorſus indigni haberi. † Nam Iulius Cæſar, Titus, 142.
Domicianus, Nerua, Antoninus, Conſtantinus, Leo, Arcadius, Honorius, & Iuſtinianus, Imperatores Romani, non niſi eorum, nec non & fœderatorum militibus, qui Romano ſolum Imperio militarent, non autem alienigenis & rebellibus, pleniſsimas illas immunitates ſunt elargiti. l. i. ibi, teſtamenta commilitonibus &c. rurſuſq; ibi, erga optimos fideliſsimóſq; commilitones &c. ff. de milit. teſt. l. Milites. in prin. ibi, milites noſtros &c. l. ultima. ibi, nec non qui ſub diuerſis optionibus fœderatorum nomine &c. C. de locato. l. Aduocati. ibi, nec enim ſolos noſtro imperio militare credimus &c. C. de Aduocat. diuer. iudicior. l. fortiſsimis. ibi, militibus noſtris &c. C. de milit. ueſte Lib. 12. l. i. ibi, magis magiſq; cum ueteranis meis &c. C. de ueteran. Lib. 12. & l. 2. ibi, milites tamen meos à focarijs &c. C. de donatio. inter uir. & uxor. l. omnibus militibus noſtris. C. de uectig. & commiſſ. Si ergo tales Reges, ciuitates, ſeu Principes non colligant neq; habeant militem, Imperij & Reipublicæ Romanæ cauſa, † & per- 143.
gerent aduerſus Cæſarem ac eiuſcemodi ipſius monita, eſſent contumaces, illius dicto ceruicibus tumidis minimè audientes; iuſtum eſſet profectò, eos militéſq; eorum cunctis Cæſaris atq; Imperij Romani priuilegijs eſſe exutos. l. Papinianus, §. Meminiſſe. ff. de inoffi.

de inoffi.teſt.l.Alia cauſa eſt.C.de his quib. ut indig. l. ſi quis iuſiurandum.uerſ. ſatis enim abſurdum eſt &c. C.de reb.credit.c.ex eo non debet.de reg.iur.Lib. 6.l. Auxilium. in fi. ff. de minor. §. Quia uerò ita. ibi, quis enim ubi delinquit, ibi ſalutem petat? In Auth. ut lice. mat. & auiæ. Hoc ipſum clarè docet Diuus Auguſtinus in.c. quo iure 8. diſtincti. & quia tali caſu peccant mortaliter, prout in ſequenti articulo ſcribam: tanto minus premio aliquo iuuandi erunt. Hactenus de inutili præſcriptione inobedientiæ contra Romani Imperij Maieſtatem. Alterā uerò quæſtionē iam aſſumo.

Sequenti igitur caſu, quando Reges, ciuitates, Principes omnino ſe liberos atq; exemptos ab obedientia Imperij Romani uel ex Cæſaris priuilegio, uel ex contractu contendunt: quid nos cum de illis, tum de militibus illorū cenſere oporteat, diſpicere reliquum erit.

144. † Putarunt noſtratium quidam, id licentiæ non parendi Romano Imperio Cæſarem quibuſq; Regibus, populis, aut principibus iure poſſe tribuere. Pro quorum ſententia illud forſitan adduci poſſe uiſum eſt: Quod Principi placet, legis habet uigorem. Ideoq; Imperator ſi quid ob merita alicui indulſit: ratum id ſit futurum: quamuis ad exemplum trahi indulgentia eiuſcemodi nō debeat.l.i.ff.de conſti.prin.§.ſed quod Principi.Inſti.de Iure natur. Facit textus in. l.ſi quando. la.i. C. de bon. uacantib. Lib. 10. in.l.Quominus iuncta gloſſa ultima ibi. ff. de fluminib. Quæ opinio

inde

inde nimirum quocp robur accipere uidetur: † quòd 145.
Imperatoris contractus pro generali lege eſt ſeruandus. l. Cæſar. ff. de publican. l. penultima. C. de donati. inter uir. & uxor. l. cùm multa. C. de bon. quæ liber. Et Imperator eſt mundi Dominus, omnia in manu ipſius ſunt, Imperiúmq; dicitur eſſe ſuum: nec non & urbs Roma. l. Deprecatio. ff. ad. l. Rhodi. de iactu. l. Benè à Zenone. §. ſed ſancimus. C. de quad. præſcripti. l. Aduocati. ibi, noſtro Imperio militare credimus etc. C. de Aduoc. diuerſ. iudicio. l. i. §. cùm urbem noſtram. ff. de offi. præfec. urb. c. Quo iure. 8. diſtincti. c. conuenior 23. q. 8. gloſſa in. c. uenerabilem. in uer. Tranſtulit in germanos. extra de electi. Altera gloſſa in. c. Hadrianus. el ij. in uer. per ſingulas 63. diſtincti. Doctores communiter in. l. cunctos populos. in prin. C. de ſumma trinit. & fid. cathol. Eapropter Bar. in. l. i. §. ultimo. numero ij. ff. de rei uendicati. putauit, Imperatorem eſſe uerum Dominum totius mundi in uniuerſo, tametſi ſingulares homines rerum particularium ſint Domini: idcp per illum eundem textum inprimis: ubi grex poteſt eſſe unius, licet plura gregis capita ſint aliorum. Itacp pro libitu ſuo Cæſar Imperij Romani loca diſtrahet, ab ipſiuſcp obedientia, utut uolet, liberabit, eximetúe. l. In re mandata. C. mandat. Ita propriè uidetur uelle gloſſa in. d. c. Hadrianus. el ij. in uer. per ſingulas 63. diſtincti. Maximè uerò quoniam ſummus Princeps poteſt alijs concedere ſibi in pri-

uilegium reſeruata. c. Quòd translationem. extra dè offi. legat. Quocirca Bar. in. l. Hoſtes. col. i. ff. de capti. & poſtlimi. reuerſ. ait, quoſdam eſſe Italiæ populos, qui ex Imperatoris indulto, ut Domini Veneti, ſunt prorſus ab obedientia Cæſaris liberati: quanquàm priuilegium illud libertatis ſecundum Bartolum quandocunque Imperator reuocare poſſit. Idem notat Bal. de Venetis, ſed moderatius quàm Bartolus, in. c. ſicut. lo. ult. numero 6. extra de iureiuran. dicens: Si Veneti eſſent rebelles Imperij, poſſent priuari libertatis ſuæ priuilegio. Pro hoc Baldi dicto, etſi ipſe non alleget, eſt bonus textus in. c. ſuggeſtum. cum gloſſa in uer. priuilegia. extra de decimis. Addebat Bar. in. d. l. Hoſtes. numero ſeptimo. quòd ſi quis negarit Imperatorem Romanum eſſe Monarcham & Dominum totius orbis, eſſet hæreticus.

146. † In propoſito uidetur textus de Chriſtianiſſimo Franciæ Rege, qui Romanum Imperatorem aut alium non agnoſcat in temporalibus ſuperiorem, in. c. Per uenerabilem. §. uidebatur. uerſ. Inſuper. extra qui filij ſint legitimi. Huius Franciciæ libertatis cauſam reddit Dominus Andreas Alciatus, præceptor olim meus in libro, quem de ſingulari certamine inſcripſit, capite 32. Inquit inibi ille: ſi uetera repetamus, compertum nulli non ex Procopio erit: inter Clotharium, ſeu, ut quidam malunt, Theudibertum Gallorum Regem & Iuſtinianum Cæſarem fuiſſe conuentum

tum (nè Gothis, quos Italia pellere Cæſar decreue=rat, Francorum arma auxilio eſſent) ut æquo fœdere alter erga alterum ageret: nihilq́ꝫ prorſus Imperatori Romano Iuris in terra Gallia eſſet. Pro qua Gallica ſeu Francica libertate eſt etiam bona gloſſa in. §. Ius autem. in uer. Romanorum. Inſti. de patri. po=teſt. quæ dicit, Francos ad Romanum Imperium non pertinere. Sic & Oldradus in conſilio ſuo 79. incip. Conſueuit dubitari. ad fi. uerſ. Nec obſtat etc. certò adfirmat, Regi Franciæ nec de facto nec de iu=re ullum eſſe ſuperiorem. Baldus quoq́ꝫ in. c. i. nu=mero 5. in tit. de inueſti. in marit. facta. ſcribit: quòd Rex Francorum non recognoſcit ſuperiorem. Et rurſus in ſuo conſilio 217. incip. Ego puto. col. fi. uerſ. Certè illa lex etc. Lib. iij. ait: Regem Fran=ciæ à iure Romano eſſe liberum, & dedignari, le=gibus ſubijci Romanorum: quamuis non dedigne=tur ſacros Canones imitari. Sentit idem Cardina=lis in Clementi. unica. in fi. de iureiuran. dum obi=ter adſerit: Reges reperiri aliquos, qui Imperatori non ſubſint.

Quibus addi poſſunt, quæ Socinus ſenior ex hi=ſtoriarum fide recenſet in conſilio 275. In cauſa fra=trum Andreæ. col. iiij. uerſ. ſi uerò & tertio caſu. Lib. ij. Meminit ille quarundam ciuitatum Hetruriæ, quæ libertatem, nè Romano ſubeſſent Imperio, ab Im=peratore Rudolpho certa pecunia ſibi redemerunt.

Sic itaq; pro indubitato Socinus habere uidetur, (quanquàm nullis in ea re legibus uel rationibus agat: uerùm ſimpliciter & per tranſennam tantum rem geſtam narret) ius eſſe Cæſari Romano, Imperij ciuitates & populos penitus diſtrahendi, & quominus Imperio pareant planè eximendi.

Ob id ex his uideretur dicendum: milites talium Regum, Principum, aut populorum, qui uel Imperatoris priuilegio uel conuentione ſe Romano Imperio minimè iam ſubiectos adſerunt, immunitatibus militum Romanorum (in memoriam ſcilicet poteſtatis antiquæ) nihilominus condecoratos eſſe: argumento l. Non tantum. §. Illienſibus. ff. de excuſ. tutor. l. Talem. in. §. fi. ff. de hæredib. inſti.

Verùm enimuerò prædictis (excepta ſola Conſtantini magni donatione facta Eccleſiæ Romanæ) idq; genus alijs, quæ in hunc ſenſum contra Imperium Romanum illiúe debitam obedientiam obijci poſſent,
147. parum aut nihil fidei eſſe planè reor. † Profiteor cumprimis tamen more Bartoli in tractatu, ad Reprimendum. in uerſ. Totius orbis. etc. in fi. me nihil quicquàm ita affirmaturum: ut ſi uel Eccleſiæ Catholicæ, ſanctiſſimisq; eius monitis repugnaret, uel Cæſari fortè minus probaretur, aut ius poteſtatemúe cuiuſq; alterius Regis, Principis, ſeu populi præter fas & æquum læderet: uelim id ullo pacto eſſe ratum: Cæterùm ex nunc prout ex tunc & è contra, illud

reuocatum,

reuocatum, irritum, atq; penitus deletum eſſe decerno. Nam & me perexigui ingenij hominem agnoſco: non quippe talem, qui errare nequeam. Veſtigia proindè imitatus maiorum quid illi & ſæpè & prolixè uarijs in locis hac de re ſcripſerint, quidq; ego, diſputationis gratia & iuuandæ quoq; Reipublicæ ſtudio, in medium proponi pro Romano Imperio poſſe exiſtimem, ſummatim effabor. † Oſtendã igitur pro mea uirili prudentium authoritate, rationibus, ac lege, Romanæ uictrici Aquilæ bonum ius (ni fallor) neutiquam deeſſe: ſic utinam bonis hac ferrea ætate inſtructa plumis in hoſtes Chriſti inclyta Germanorum uirtute attolli ad ſydera uſq; denuò poſſet. 148.

† Sciendum proindè eſt illud potiſsime: nihil certius nihilq; uerius in iure ciuili Romano dici uel adfirmari poſſe: quàm Cæſarem Auguſtum huius mundi machinæ eſſe dominum: ut pote eum, cui & in quem populus ille Romanus terræ mariſq; gubernacula, Imperium ſuum omne, & poteſtatem conceſsit. l. i. ff. de conſti. princip. Itaq; non iniuria (mihi uidetur) ſeipſum mundi dominũ Imperator appellat, in. l. Deprecatio. ff. ad. l. Rhod. de iactu. in. l. Benè a Zenone. §. ſed ſancimus. C. de quadrien. præſcripti. Eſt bonus textus in. l. ſi duas. §. Grammatici. ibi, uniuerſo autem orbi conueniens eſt. ff. de excu. tutor. Id quod & noſtrates (quemadmodum loco ſuperiore etiam annotaui) communibus ſuffragijs Cæſari facilè tribuunt. 149.

Sic nanque uoluit gloſſa in.c.uenerabilem.in uerſ.tranſtulit in Germanos. extra de electi. & gloſſa in.c. Hadrianus. el 2.in uer. per ſingulas. 63. diſtincti.Ita Cynus,Bartolus, Baldus, Salicetus, Paulus Caſtrenſis,& Iaſon teſtantur in.l.cunctos populos. circa prin. C. de ſum̃a Trinit.& fid. Catholi. Alijque plures, quos inibi Iaſon in prima & ij. eius prælectione numero 8. commemorat.

150\. † Cæterum uerò hanc Imperatoris poteſtatem cum æquitatis iuditio & iuſtitiæ moderamine interpretandam accipiendamque exiſtimabis.Dominus quidem eſt Imperator uniuerſi orbis,adminiſtratione ſcilicet, ſiuè mauis,protectione, & iuriſdictione; non etiam directo dominio ſeu proprietate.Iſta fuit clariſsima Bulgari gloſſatoris apud Ronchalias, agrum Bononienſem,Romano Cæſare interrogante,ſententia: cui ſeſe reliqui poſtea gloſſatores ſubſcripſerè, in prœmio digeſti ueteris.in prin.in uer. ſanctionem. Quo loco,ut dictũ eſt,imitati Bulgarum gloſſatores ſcribunt; Romanum Imperium,& res contentas in eo eſſe ſanè Imperatoris, ratione ſolius iuriſdictionis,adminiſtrationis,ſeu protectionis: non autem proprietatis. Vbi & Bartolus numero 3.uerſ. Quid dicendũ &c. ait; hanc gloſſatorum opinionem eſſe ueram; quã etiã Iacobus de arena fuerit ſequutus:ut Imperator mundi dñs dici rectè poſsit,reſpectu tantummodò protectionis & iuris dictionis; quoniam totum mundum defendere tenetur.

netur. Et inibi Albericus de roſate numero 5. eam communem eſſe Doctorum ſententiam, æque teſtatur. Concordem ſimili modo habes gloſſam in. l. Benè à Zenone. §. ſed ſancimus. in uer. omnia Principis. C. de quadrien. præſcripti. ubi & Salicetus col. i. numero 5. uerſ. Non obſtat, quòd eſt mundi dominus &c. poſt ſcribentes alios adfirmat: Imperatorem eſſe utique dominum mundi, ſed quoad iuriſdictionem, protectionem, & gubernationem. Idem omninò uoluit gloſſa prima in. c. conuenior. in uer. omnia. 23. q. 8. inquiens, omnia Imperatoris dici reſpectu tantummodò iuriſdictionis & defenſionis, non aliàs. Cuius gloſſæ ſententiam illic refert ac unicè approbat Archidiaconus col. ult. uerſ. In prima gloſſa. in fi. &c.

† Scribit denique in principio libri annalium ſuorum Cornelius tacitus, uir & fidei apud omnes ſpectatæ, & rerum huiuſmodi Romanorum calentiſſimus: quòd ubi Lepidi atque Antonij arma in Auguſtum ceſſerè, eundem cum Principis nomine ſubimperium accepiſſe. Quæ ſanè uerba non directum & ſimplex Imperium indicare uidentur: uti de genere generaliſsimo & de genere ſubalterno dicitur in. l. legato generaliter. Vbi gloſſa & Bar. ff. de legat. primo. Altera multò clarior eſt huc referenda Strabonis hiſtoria ex libro Geographicorum 17. ſub finem affirmantis: Auguſto Cæſari totius Imperij patrocinium, quamdiu uiueret, ab eius patria fuiſſe 151.

fuiſſe permiſſum: ut belli & pacis is uiuens poteſtatem haberet. Eodem ſpectat Maximi Imperatoris deſignati ad milites apud Aquileiam poſt Maximini Tyranni cædem habita oratio. Sic etenim (Herodianus libro ſuæ hiſtoriæ 8. auctor eſt) in orationis illius propemodũ exordio Maximus inter cætera ait: Nobis autem diſpenſatio tantum, atq; adminiſtratio principatus unà uobiſcum, milites, demandata eſt &c. His alia rurſus Strabonis atteſtatio accedit: quoniam (inquit ille libro 6. in fine loquens de Octauiano Auguſto) arduum atq; difficilè eſt, alio pacto tale regere Imperium, quàm ſi uni, perinde ac parenti, procuratio demandetur &c. Conſtat hinc egregiè, Strabonem, qui tempore Tiberij Cæſaris floruit, & primæ legis Regiæ impendiò gnarus, procurationem ſolam uni, uelut parenti, demandatã perhibuiſſe. Sic & Carolus Magnus, primus ex Germanorum gente Imperator deſignatus, gubernatorem ſe duntaxat Romani Imperij in ſuis ſcriptis & monumentis appellauit. Eius rei fidem facit Munſterus Lib. 3. ſuæ Coſmographiæ, ſub tit. de Germania. fol. 749. in cap. Oſnaburgi.

152. Ratione pretereà idipſum æquè defendo. † Si Romani Imperij dominium proprietaſuè ipſius, Imperatoris eſſet: ad hæredes certè prolemq; ſuam illud hæreditario iure dudum anteà tranſmiſiſſet, tranſmiſſuruſq; dehinc eſſet. l. Hæredem eiuſdem poteſtatis. ff. de reg. iur. l. Nihil aliud eſt hereditas. ff. de uerb. ſignifi. l. hæreditas.

l. hæreditas. ff. de reg. iur. At eligitur, qui dignus tanto honore iudicatur: non autem ſucceſſionis iure eò culminis euehitur: quicq; nec ad eius hæredes illud transfert. l. Benè à Zenone. §. Quæ omnia. ibi, ſiue ab his, qui poſtea digni fuerint nomine Imperiali etc. ubi & Bal. poſt Cynum nu. 6. per illum textum ita ſcribit. C. de quadrien. præſcripti. c. uenerabilem. §. Inſuper. extra de electi. Atq; etiam ſic legem Regiam, qua populus Romanus ſummum hunc magiſtratum uni detulit, uetuſtiſſima eligendi ad Imperij habenas dignum aliquem obſeruata hactenus conſuetudo planè interpretatur. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Meritò Imperij Romani directus Dominus ſeu proprietarius Imperator ſecundum prædicta nec eſt, nec dici iuſtè poteſt. l. Nemo plus commodi. ff. de reg. iur. † Indè fortaſſis perſuaſus quocq; Au- 153.
guſtus ſe Dominum appellari uel publicè uel priuatim ſeuerè omnibus interdixit. Dictitabat enim appellationem illam, uelut adulatoriam & falſam, perſonæ eius nullo pacto competere: prout Suetonius in Octauio cap. 40. & 53. memoriæ prodidit.

† Deniq; initio cauſa demandandi arduam il- 154.
lam Romani Imperij Prouinciam uni, fuit ſola neceſſitas conſulendi Romanæ Reipublicæ per unum, non autem populi Romani munificentia ſeu liberalitas, l. ij. §. nouiſſimè. ff. de orig. iur. Quùm ergo

K non

non potuerit populus Romanus dici in ea re libe-
ralis ſiue munificus : quoniam in neceſſitate libera-
lis exiſtit nemo. l. Rem legatam. ff. de adimend.
legat. conſentaneum eſt, nihil præter Reipublicæ
curam & defenſionem cum uniuerſali Iuriſdictione
155. illi uni & in unum conceſſam eſſe: † ſiquidem cau-
ſa influat in ſuum cauſatum, & quicquid eſt in cauſa
cenſeatur nihiloſecius ineſſe cauſato, ſecundum Bal.
in. l. i. nu. iij. ff. de ſenator. in. l. ex placito. col. ij. C.
de rer. permutati. Præſertim uerò quia talis cauſa in
legibus ſcripta eſt : ideoq; illarum mens eſt propria,
eas declarans ad ſeq; ipſam penitus referens. l. ſcire
oportet. §. etſi maxime. ff. de excuſ. tutor. Bal. in. l. ſi
quis ſeruo perſuaſerit. C. de furt. Eſt bonus tex. in. l.
ſi. §. ſi quis ius. ff. de iur. & fact. ignor. facit tex. in. l.
Iuriſgentium. §. ſed cùm nulla ſubeſt cauſa. ff. de
pact.

Neq; ſolummodò ratione & authoritatibus hæc
156. cunctis obuia eſſe poſſunt: † uerùm & lege omni-
bus notiora explorataq; magis fieri poterunt. Porrò
Iuriſconſultus in. l. unica. ubi & Bal. in ij. notabili id-
ipſum animaduertit. ff. de offi. præfec. prætor. referens
præfectorum prætorio originem ſcribit: tum demum,
præfectos prætorio ad ſimilitudinem Magiſtrorum
equitum electos à ſummis Principibus fuiſſe, cùm re-
gimenta Reipublicæ ad Imperatores perpetuò transla-
ta fuere. Ex quibus uerbis plus quàm liquidò conſtat,

Imperatoribus

Imperatoribus per legem regiam gubernationē dun-taxat & regimen Imperij Romani cum generali Iuriſ-dictione, & prætereà nihil, fuiſſe commiſſum. Etenim regimen ſeu gubernatio directum Dominium uel pro prietatem rei adminiſtratæ ex ſua ſignificatione non continet. Eſt bonus tex. in proœmio Inſtitutionum in fine. ibi, poſſe etiam noſtram Rempublicam in parti-bus eius nobis credendis gubernari etc. Accedit ſen-tentiæ huic Pomponius in. d. l. ij. §. nouiſſimè. ff. de orig. iur. ubi ait: quia ſenatus non perindè omnes Prouincias prouidè regere poterat: conſtituto Prin-cipe, datum eſt ei ius, ut quod conſtituiſſet, ratum eſ-ſet. Cùm itaq; ratio finalis ſeu prima & potiſſima, unum conſtituendi Principem, fuerit regimen & ad-miniſtratio uniuerſæ Reipublicæ Romanæ: neceſ-ſum eſt, in unum illum Principem regimen tan-tummodò Imperij fuiſſe translatum: ut quid ipſe conſtituiſſet, regendo ſcilicet Imperij Prouincias, & Romanæ Reipublicæ moderando habenas, ratum id foret. Alioqui ratio finalis ſiue prima inibi ex-preſſa non congrueret legi: quod dicere, religio eſt, ſicuti paulò ante docui, in uerſ. Deniq; ini-tio cauſa demandandi etc. Idem expreſſim notat Vlpianus in. l. ij. §. hoc interdictum. el ij. ff. ne quid in loco publi. Illud interdictum, quod ad loca pub-lico uſui deſtinata pertinet, Vlpianus ait non ha-bere locum in locis, quæ ſunt in fiſci patrimonio:

quoniam res fiſcales (id eſt, ciuitatis Romanæ, ſiue Imperij, ut ibi gloſſator rectè exponit) ſunt quaſi propriæ & priuatæ Principis. En igitur, ſi res fiſca-les Imperij uerè non ſunt propriæ nec priuatæ ipſi-us Cæſaris: multo minus ea, quæ extra patrimoni-um Fiſci Imperialis ſunt, eiuſdem Imperatoris dici po-terunt. Ob id nimirum alibi quoq; Vlpianus diu poſt translatum Imperium à populo in unum Cæ-ſarem ſcribit in. l. Bona ciuitatis. ff. de uerb. ſigni. publica omnia, populi Romani eſſe: hoc eſt, Impe-rij Romani. Sic ergò non Cæſaris. Et loquens is ipſe Iuſtinianus de Dominijs ac proprietatibus re-rum, Inſti. de rer. diuiſi. in prin. materiam ita penè exorditur: Videamus de rebus, quæ uel in noſtro patrimonio, uel extra patrimonium noſtrum haben-tur etc. palàm quidem ea pluralis numeri locutione ſignificans, non eſſe omnia in ipſius Cæſaris aut alio-rum patrimonio: ſed extra patrimonium cùm Cæſa-ris tum aliorum priuatorum reperiri plurima: quem-admodum ſubiecta ab eo illic exempla facilè indicant. Ad hæc, bonus tex. in ſæpius allegata. l. Benè à Zeno-ne. in prin. & in. §. i. C. de quadrien. præſcripti. quo lo-co idem Iuſtinianus adſerens omnia atq; etiam fiſca-lia Imperij, eſſe Imperatoris, fatetur nihilominus pro huiuſmodi bonis ab Imperatore cuipiam donatis com-petere intra quadriennium Domino illorum bono-rum aduerſus Imperialem fiſcum rei uendicationem

aut

aut hypothecam. Quæ certè actiones minimè gentium cuiquam darentur, ſi Imperator ipſe directus dominus ſeu proprietarius talium bonorum eſſet. Iſta conſideratio ad illam Juſtinianam legem fuit Archidiaconi Bononienſis in.c.conuenior.ſuper glo.i.23.q.8. Cui tu addes, quòd Imperator in.d.l.Benè à Zenone.§.i. non dixit omnino affirmatiuè, omnia eſſe Imperatoris, quemadmodum Doctores ibidem eum locum expendunt: ſed dixit, omnia Imperatoris eſſe intelligi. † Quod nempè uerbum, intelligi, eſt improprietatis 157.
ſignificatiuum.l.unica.circa prin.C.de rei uxor.actio. l.cùm quid.in fi.ff.ſi cert.pet.l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.ff.de legat.i.Iaſ.in.l.i.C.unde uir & uxo. Igitur nō propriè aut uerè, ſed impropriè ac fictè ratione adminiſtrationis & iuriſdictionis dicuntur omnia Imperatoris eſſe. Nec te moueat, quia dixerit Vlpianus in.d.l.2. §.hoc interdictum.el 2.ff.nè quid in loco publi.res fiſci Imperialis eſſe quaſi proprias & priuatas Imperatoris. Nam ibi per illam dictionem, quaſi, quæ eſt nota improprietatis, nos manifeſtè docet Iuriſconſultus Imperatorem non eſſe uerum dominum ſeu proprietarium bonorū fiſcalium Imperij, ac proin multò minus aliarū rerum Imperij non fiſcalium: licet (ratione ſcilicet iuriſdictionis & adminiſtrationis) ſit quaſi dominus, id eſt, loco domini atq; proprietarij habeatur. † Sic & 158.
de tutore dicitur: qui rerum pupillarium dominus etſi non ſit: domini tamen loco, adminiſtrationis defen-

ſioniſq; ratione, conſtitutus cenſetur. l. Interdùm. la. 2. §. Qui tutelam. ff. de furt. §. Aliquando. iuncta gloſſa in uer. domini. Inſti. de uſucapionib.

159. † Hinc eſt, quòd illius uniuerſalis adminiſtrationis nec non & iuriſdictionis contemplatione non ſolum ea, quæ publici iuris ſunt, uerùm etiam priuatorum bona atq; iura Imperator (in quo tamen lex præſumit iuſtam tunc eſſe cauſam) pro arbitrio uni ſubditorum poteſt auferre & alteri dare. l. Quominus. iuncta gloſſa ultima. ubi Bar. & Doctores. ff. de fluminibus. l. Benè à Zenone. C. de quadrien. præſcripti. l. Quod Principis. in prin. ff. de aqua plu. arcend. l. ſeruitutes. la. 3. §. Publico. ff. de ſeruitutib. l. Prohibere. §. ſed etſi à Principe. iuncto. §. præcedenti. ff. quod ui aut clam. l. 2. §. ſi quis à Principe. in fi. ff. ne quid in loco publi. l. Item ſi uerberatum. §. i. ff. de rei uendic. l. Lucius. ff. de euicti. Id quod ex me olim copioſè audiſtis in Repetitione. l. 2. inter differendum de Germanica uenatione. C. de pact. inter empt. & uendit.

160. † Qua in re non prorſus abſimilis uidetur Cæſar fluminibus publicis, itemq; iudicibus alijs, quibus etiã lege datum eſt, res ex publico in priuatum, & ex priuato in publicum adducere. l. ergò. §. Alluuio. uerſ. flumina enim. ff. de acqui. rer. dimini. §. Quòd ſi naturali. & ibi gloſſa, in uer. incipit. Inſti. de rerum diuiſi. l. Antepenultima. ff. famil. herciſcun. §. ultimo. in fi. iuncta gloſſa in uer. eius fit. Inſti. de offi. Iudici.

† Quamobrem

† Quamobrem (ſi uera nobis eloqui liceat) di- 161.
cendum eſt ex his, ius eſſe quidem Imperatori, ratione
ampliſsimæ eius poteſtatis, diſtrahendi pro libitu bo-
na Imperij Romani inter ſubditos ſolum Imperio:
inter alios uerò, qui Imperio Romano uel ſubiecti
non ſint, uel poſthac eſſe nolint, nequaquàm. Idem
de bonis priuatorum ex uno in alterum nempè ſub-
ditorum transferendis planè ſentio. Sic etenim lo-
quuntur pridem memoratæ leges, ſuntque ita peni-
tus accipiendæ. d. l. Quominus. cum gloſſa ultima.
ff. de fluminibus. l. ſeruitutes. la. 3. §. Publico. ff. de
ſeruitutibus. l. 2. §. ſi quis à Principe. in fi. ff. ne quid
in loco publi. l. Benè à Zenone. in prin. & in. §. 1. C.
de quadrien. præſcripti. l. Item ſi uerberatum. §. 1. ff.
de rei uendicati. &. l. Prohibere. §. ſed etſi à Prin-
cipe. iuncto. §. præcedenti. ff. quod ui aut clam. cum
ſimilibus. † Porrò tunc cum alienatio bonorum 162.
publicorum ſiue Imperij Romani fit ab Imperatore
inter Imperio ſubditos, non poteſt ea res magnum
Imperio adferre detrimentum: quandoquidem bona
illa publica non ita diſtrahit, ut amplius non pertine-
ant aut non ſubſint Imperio: ſicuti apparet in immu-
nitatibus cenſuum, perſonis uel rebus ſubditorum
conceſsis. Nihilominus enim imò magis tùm illi
immunes à Cæſare facti propter id beneficium Im-
perio Romano ſubſunt: cuius Maieſtatem uene-
rantur, agnoſcuntque demiſſè. Conſtat hoc ipſum
ex. l.

ex.l.i.l.2.l.3.& toto titulo.ff.de cenſibus. ubi multæ Coloniæ, plures prouinciæ Italici iuris immunitate donari à ſummis principibus meruerunt: quæ tamen Romano Imperio æquiſsimè poſtmodum, ut antea, paruerunt. Idem quoq; cernere eſt in adminiſtratore bonorum pupillarium: cui nonnunquam rerum pupilli erogationem lex permittit: imò iubet.l.cùm plures.§.cum tutor.l.Tutor ſecundum dignitatem.§.in ſoluendis.ff.de adminiſt.tutor. Quare Paulus in.d.l. ſeruitutes.la.3.§.Publico.ff. de ſeruitutib.ait: licere imperatori concedere alicui quæ publica ſunt, ſine, incommodo tamen publico. Quæ Iuriſconſulti uerba gloſſator ibi de magno incommodo publico intelligenda cenſet. Argumentum pro confirmatione eius ſententiæ petit gloſſator ex.l.Quoties.ibi, ſine graui partis alterius diſpendio &c.ex.l.Reſcripta.C.de precibus Imperat.offer.

163. † Vndè meritò poteſt Imperator ciuitates & Imperij Romani loca in feudum quibus uult ſubditis pro perſonarum meritis concedere. Eſt gloſſa i. de hoc in.l.Humanum.C.de legib. Cui adſtipulatur tex.in.l. Lucius.ff.de euictio.in.l.item ſi uerberatum.§.i.ff.de rei uendic.in.l.Porhibere.§.Planè.iuncto.§.ſed etſi à Principe.ubi & Bar.nu.4.per illum tex.ff.quod ui aut
164. clam. Etenim Socratis commonefactio eſt: † ciuitatem optimam eſſe, in qua uirtuti præmia plurima propoſita ſint. Inde Thucididis fluxit ſententia: Inter

quos

quos maxima uirtutis præmia proponuntur, apud illos Rempublicam quoqꝫ uiros optimos gubernare. † Enimuerò Feudorum hanc conceſſionem moderandam arbitror ſecundum deciſionem. c. Intellecto. iunctis ibi notatis per Doctores. extra de iureiuran. & notata per Bal. in. l. penult. nu. iij. ibi, ſed quum ſint ualdè precioſa. C. de bon. quæ liber. † Quippè tunc 165.
166.
Feuda recipientes unà cum bonis Feudalibus Imperio remanent nihil minus ſubiecti: qui etiam iuſiurandum obedientiæ & fidelitatis (ut uocant) Cæſari præſtant. c. i. in tit. de noua for. fidelit. cum tit. præcedenti. §. ſed non eſt alia iuſtior. in tit. quæ fuit prima cauſa benefi. amitt. † Et Feudorum huiuſmodi directum Dominium penes Romanum Imperium, ut anteà fuit, adhuc in poſterum remanet. c. obertus. §. fi. in tit. In quib. cauſis Feud. amitt. c. i. §. fi. in tit. de inueſti. de re alien. fac. c. i. in tit. de controuerſ. inter Vaſall. & ali. de benefic. c. i. in tit. qualit. domin. propriet. Feu. priuet. † Necꝫ deſinunt eſſe ciuitates & loca Imperij Romani, quamuis Iuriſdictionem talium locorum ſpecialem per eiuſcemodi Feudorum conceſſiones alijs Cæſar committat. Ita decidit in ſimili Corneus de Feudis Romanæ Eccleſiæ interrogatus in conſilio ſuo 261. incip. De duobus principaliter etc. in fi. ibi, nec deſinit etc. Lib. iiij. 167.
168.

† Verùm ſi Imperij populos, ciuitates, loca, aut regna uellet ab Imperio Cæſar uel pacto uel ullo pri- 169.
uilegio,

uilegio, ſeu indulgentiæ prærogatiua penitus exime-
re, nè illi poſthac obedire tenerentur, neuè prorſus
ſubeſſent: minimè gentium iure id faceret, aut fa-
ctum ualeret. Sanè Imperator directus Dominus ſi-
uè proprietarius Imperij Romani aut bonorum eiuſ-
dem Imperij non eſt, prout loco anteriore hubertim
docui. Ergò Imperij bona alienare eo, quo diximus,
150. modo nec poteſt nec debet. † Atqui bona eiuſce-
modi aliena ſcienter recipientes nulla præſcriptionis
ſpecie iuuantur, quominus bona illa reſtituere uendi-
canti Domino teneantur. l. i. ibi, ſcientibus uendidiſ-
ſe. ubi Doctores omnes tradunt. C. de reb. alien.
non alienand. facit tex. in. l. Traditio. ff. de acquir.
151. rer. domin. † Prætereà talis alienandi atq; diſtra-
hendi Imperij poteſtas per legem regiam non fuit
Cæſari tributa; quinimò contra manifeſtam illius le-
gis uoluntatem prædictas alienationes ita accidere,
dubitat nemo, ſecundum Bal. in proemio Feudorum.
152. in uer. expedita. nu. 33. † Igitur eas ipſo iure pror-
ſus inualidas rectè iudico. l. Non dubium. ubi & Do-
ctores per illum tex. C. de legib. Eſtq; proprius locus
de alienationibus lege inhibitis, in. l. ultima. iuncta
glo. prima circa prin. C. de reb. alien. non alienand.
153. † Maior, ultra Baldum, quòd bona Imperij contra
uoluntatem legis regiæ diſtrahantur, ſic etiam liqui-
154. dò probatur. † Summus Princeps per legem re-
giam fuit à populo Romano conſtitutus, quò leges
Rempub-

Rempublicamq́ Romanam ſeduló defenderet: non autem deſtrueret. l. ij. §. nouiſſime. §. poſt originem. ff. de origi. iur. iuncta. l. unica. in prin. ff. ad. l. Iuli. de ambitu. l. ſi quando. in prin. C. de inoffi. teſtam. Eſt bonus tex. in tit. de Iuſtinia. Codice confirm. in prin. & Bal. in ſpecie annotat. in. l. unica. in prin. in iij. notabili. per illum tex. ff. de offi. præfect. prætor. Ergó contra legis regiæ uoluntatem fit, ubi Imperium Reſq́ publica bonis atq́ iuribus ſuis & honore ſpoliatur, leges contemnuntur. l. Meminerint. C. unde ui. iuncto. §. hoc quoq́. uerſ. decreſcat etc. Inſti. per quas perſon. nob. acquir. Eſt peculiaris de hoc textus in. c. Intellecto. extra de iureiuran.

† Et per conſequens dilapidationes illas Imperij, utcunq́ iureiurando munitas, irritas ipſo iure habendas crediderim. d. l. Non dubium. C. de legib. & d. c. Intellecto. ex. de iureiuran. Eodem eſt referendum: 155.
† quoniam Eccleſia & Imperium Romanum ab uno & eodem principio deſcendunt, æquiparanturq́ inuicem, & cognationem inter ſe maximam habent. Auth. quomo. oport. Epiſcop. in prin. §. ſinimus. uerſ. cùm nec utiq́ multum. in Auth. de non alienand. aut permut. reb. Eccle. 156.

† Et eſt mater Romani Imperij Eccleſia: quemadmodum eſt mater religionis & fidei. §. i. in Auth. ut determin. ſit numer. clericor. l. Iubemus. la. ij. §. ſcientes, in fi. C. de ſacroſanct. Eccleſi. Ita ut 157.

L ij quod

quod de uno dicitur, de altero quoq; dictum in ſuo genere uideatur, argumento. l. i. in prin. ff. de iuſti. &
178. iure † Sed Eccleſia iure minoris fungitur: Eccleſiarumq; Prælati tutoribus atq; curatoribus comparantur. c. auditis. ſub finem ex. de in Integ. reſti. §. orphano-
179. trophi. in prin. in Auth. de Eccleſi. titulis. † Idcircò Imperatori, qui Imperio ſeu uniuerſæ Reipublicæ tuendæ uelut pupillo aut aliàs minori præeſt, tutoris, curatoris, & ſimilium exemplo, eiuſdem Imperij ſiue Reipublicæ bona diſtrahere Imperiumq; bonis ſuis ſpoliare, nulla ratione, nullo iure licet. l. Qui fundum. §. ſi tutor. & ibi glo. in uer. expoliat. ff. pro emptore.
180. l. Tutor adminiſtrationem. ff. de furtis. † Et quòd Reſpublica hoc loco æquiparetur pupillis, ac uelut pupilla ſit iuuanda, eſt expreſſus tex. in. l. i. in. l. Rempublicam ut pupillam. C. de iur. Reipubli. Lib. 11.
181. † Ad hæc ſummus Princeps cùm quid præcipit, quod ſit manifeſtè contra Deum, aut contra ſocietatem ciuitatis, uel contra poteſtatem & officium ſuum; fruſtrà id præcipit: quia illi impunè non paretur. c. quæ contra. 8. diſtincti. Decius ſcribit in conſilio 72. nu. ij. uerſ. & ſuperiori non eſt obediendum etc. Lib. primo. & ego abundè tradidi in Repetitione. l. ut uim. in tertia parte. ff. de iuſti & iur.
182. † Ergò Imperator eo, quo diximus, modo diſtrahens Imperij Romani Ciuitates, Regna, & loca, quandoquidem facit directò contra communem to-

tius

tius Romani Imperij ſocietatem: facit & contra officium ſuum, quod in conſulendo Reipublicæ, non autem in lacerando eam membratim eſſe debet: fruſtra tales eum facere inanes alienationes, conſequens eſt.

† In propoſito Antonius Butrius in. c. per uenerabilem. col. 14. uerſ. Quomodo autem populus. extra qui filij ſint legit. ſibi liquere ſcribit: impoſsibile eſſe, aliquem populum de iure, uel ex ipſius Cæſaris conceſsione, liberum eſſe: quum Imperator nõ poſsit tali ſe Imperio abdicare, citat. l. legatus Cæſaris. ff. de offi. præſid. c. cùm uenerabilis. ex. de cenſib. In ea opinione Abbatem æquè perſiſtere offendi in. c. cùm non liceat. nu. 16. uerſ. Nec etiam Imperator. ex. de præſcript. 183.

Hiſcè rationibus adductus Felinus in. c. Ad audientiam. nu. 4. eod. tit. de præſcripti. ex multis, quæ ibi congerit, tenet alienationes de quibuſdam Hetruriæ ciuitatibus factas per Rudolphum Imperatorem ineſficaces eſſe, tametſi iuramentum interueniſſet. Itaq; Bal. in. d. c. Intellecto. nu. 4. extra de iureiuran. ſcribit: † Imperatores hodie deſignatos prius cõfirmare donationem Conſtantini factam Eccleſiæ Romanæ: demum inter cætera iuramentum de nõ alienandis Imperij iuribus, & de ſeruando honore Imperialis coronæ illibato præſtare. † Addit illic prædictis idem Bal. Imperatori ſi ius eſſet alienandi bona Imperij: utiq; particulatim Imperium totũ poſſe facilè diſſolui: 184. 185.

quod graue nimis ac pernicioſum foret. Eſt optimus text. quamuis ipſe non alleget, in.c. Monemus.12.q.2. Hæc fuit ratio præcipua, quæ Accurſium permouit cõtra Conſtantini donationem, in Auth. quomo. c port. Epiſcop. in pri. in uer. conferens. in fi. Eaſdem iterum memorat cauſas Bal. in proemio feudorum. in uer. expedita. nu.32.33. inquiens: quoniã tales Cæſaris alienationes ſunt manifeſtè contra publicam utilitatem, omninò non ualent. Et refert, Doctores antiquos determinaſſe, quòd impoſsibile ſit, prædictas Imperij diſtractiones iure fieri: ſiquidem Imperator non poſsit ſibi facere parem aut ſuperiorem: nec ualeat alicui permittere, ut ab Imperio Romano queat impunè deſciſcere: quia impoſsibilia ſunt hæc, cõtraria directò legi Regiæ. Eſt bonus tex. in ratione ſui in .l.i. in prin. ff. de uacati. & excuſat. muner. Tùm ſanè Cæſar bona Imperij diſtrahens, fidem ſuæ profeſsionis frangit: conſtantiæ propoſitum elidit: neruum ipſius Imperij diſrumpit: meritò inefficax illa eſt iudicanda alienatio: iuramentũ, quod eſſet præſtitũ, prorſus inutile habendũ. c. ſicut ex literis. ibi, maximè cũ fidem profeſsionis frangeret &c. extra de iureiuran. c. cùm inter. ad fi. ubi quoq; gloſſa & Doctores omnes extra de cõſuetudi.

Huc ſpectat Vlpiani locus in .l. In rebus nouis. ff. de conſtitu. Princip. ubi diſſerens legislator de Imperatoris conſtitutionib. (ſicuti inſcriptio illius tituli indicat) ait; quando res nouæ ſunt conſtituendæ (intel-

lige,

lige, ab ipſo Cæſare) euidentem Reipublicæ utilitatem eſſe oportere: ut recedatur ab eo iure, quod diu æquum uiſum eſt. Quam planè legem multis ante ſeculis Zaleucus Locrenſibus tulit. † Sanciuit enim, 186.
quòd quiſquis legem nouam introducturus eſſet, circumpoſito ceruici laqueo id facere deberet, ut auctor eius mox ſuffocaretur, niſi eximiam utilitatem nouæ legis ad antiquũ Reipublicæ ſtatum comparatæ declararet. † Cùm itaq; populo Romano Imperatoribusq; 187.
bonis nihil unquam præteritis temporibus fuerit antiquius, in omneq; æuũ eſſe debeat, quã belli & pacis artibus, armis atq; legib. Romanũ Imperiũ augere & tutari, uti Iuſtinianus ipſe teſtatur in tit. de Iuſtiniano. C. cõfirmando. in prin. † Id quod Octauius Auguſtus 188.
nõ ſolũ armis, uerũ etiã proprio patrimonio, quod ingens & lautũ (Suetonio teſte) pro Imperio Romano inſumpſit, pręclarè præſtitit: reliquũ eſt profectò, Imperatori eã bonorũ Imperij dilapidationẽ neutiquã iure permitti. Euidenter nanq; mala eſt talis rerũ diſtractio, & Reipublicæ Chriſtianæ calamitoſa: quæ membra à capite diſiungit: quæ Imperij uires exhaurit: quæ hoſtibus nominis Chriſtiani atq; Imperij animos, audaciã, & neruos addit. Ideoq; & legibus damnata. c. cùm nõ liceat. ubi & Abbas. extra de præſcript. l. cuiuſq; dolo. ibi, cuiuſuè dolo malo, opera, factũ erit, quò Rex exteræ nationis populo Romano minus obtẽperet &c. ff. ad. l. Iuliam Maieſtatis. Facit quoq; tex. in. l. i. ad fi.

in. l.

189. in.l.3.ff.eod.ad.l.Iul.Maieſt. † Deniq; ſic argumen-
tor: omnes, qui olim continebantur in orbe Roma-
no, & iam ſe uel Cæſaris indulto, uel pacto conuento
liberos exemptoſuè ab illo Imperio contendunt, ciues
Romani dubio procul fuerunt.l. In orbe Romano. ff.
de ſtat. homi. Et Roma cõmunis patria illis, quemad-
modum nobis, fuit. l. Roma. ff. ad municipal. Igitur
cùm iure gentium tum iure ciuili parere illos commu-
ni patriæ tunc oportuit, & per conſequens etiamnum
oportet. l. ueluti. ff. de Iuſti. & iur. l. 2. ibi, ciuitatis
autem compoſitio communis, ſecundum quam om-
nes decet uiuere, qui in ciuitate ſunt. ff. de legib.

Neq; hi communi patriæ inobedientes adduxerint
rectè pro ſe indultum Cæſaris ſiuè priuilegium.
190. † Quod etiam de rebus priuatis contra ius legeſq; eli-
citum, cunctis debet eſſe inualidum.l.ij.in ij. reſponſo.
& ibi Doctores. l. Nec damnoſa. l. Reſcripta contra
ius. C. de precib. Imperat. offerend. gloſſa in.l.acta.
§. de amplianda. ff. de re. iudic. Minuſq; Imperatoris
191. conuentione iuuantur aut pacto. † Quod quidem
contra leges contraq; bonos initum mores ſeruan-
dum eſt minime.l. Iuriſgentium.§. Prætor ait.l.contra
iuris.in prin.ff. de pactis. d. l. Non dubium. C. de le-
gibus.l. Pacta quæ contra. C. de pact. l. ſtipulatio hoc
192. modo concæpta. ff. de uerb. obligati. † Et pactũ ul-
lum, quod ſit contra bonos mores, ſi dici unquàm uel
excogitari potuit, illud nempè fuerit: quod contra
receptam

receptam reuerentiam ac obedientiam communi pa-
triæ uel ipſo quoq; gentium iure exhibendam, fiat. l.
Alia cauſa. §. eleganter. ibi, nanq; contra bonos mo-
res etc. ff. ſolu. matrim. Propterea Iuriſconſultus Pau-
lus in. l. ſi unus. §. pacta quæ turpem. ff. de pact. no-
minatim cauit: pacta continentia turpem cauſam non
eſſe rata habenda. † Turpem autem cauſam (inquit 193.
ille) continent: quando timorem maleſaciendi adi-
munt: quando pœnam futurorum criminum extin-
guunt. Cæterum quid turpius in conuentionem ſeu
pactum poteſt deduci, quàm ut quis adeò ſit liber im-
punitaq; licentia tanta uti, imò potius abuti, poſſit,
quòd patriæ ſuæ rebellis & inobediens tutò eſſe que-
at? † Si patri, matri, parentibusq; noſtris pietatem, 194.
obedientiam, reuerentiam, uitæ etiam ſubſidia non
exhibere crimen eſt, & turpitudo manifeſta. l. filius.
§. Quem ſi pietatem. l. filia tua. C. de patri. poteſt. l.
furioſæ matris. ff. de curatoribus. furio. l. i. in prin.
& in. §. ſi filius. l. ij. in prin. l. liberto. ff. de obſequi.
à liber. & liber. d. l. ueluti. ff. de iuſtitia & iure.
† Quanto magis cuncta hæc nolle præſtare pa- 195.
triæ, quam omni loco & tempore progenitoribus
uniuerſis anteponendam multis paraſangis & Pla-
to in Critone iudicauit, & Seuerus Auguſtus lege
lata ſanciuit, turpe atq; infame erit? l. honor muni-
cipalis. §. plebei. ff. de munerib. & honorib. l. mini-
mè maiores. ff. de religi. & ſumpt. funer. benè facit

M tex.

tex. in. c. fortitudo. 23. q. iij. Subiunxit & aliud generaliter Paulus in memorata. l. ſi unus. §. pacta quæ turpem. in fi. ff. de pact. non ualere pactum, quod à re priuata eſſet remotum & contra publicam cau-
196. ſam conuentum. † Proindè ſatis illinc quoq; liquet, pacta contra Rempublicam Romanam, à patrimonio Cæſaris ſeparata, quibus res Imperij fuerunt eo, quo prædixi, modo diſtractæ, non eſſe ſeruan-
197. da. † Et Bal. in. c. Intellecto. nu. 5. extra de iureiuran. differens de iuramento Regum & Cæſarum poſt gloſſam ibi ait: in malis promiſſionibus fidem
198. non ſeruabis: † & pactum in perniciem Reipublicæ factum, non erit ratum. Nimirum idem Bal. in. c. ſicut. lo. ult. nu. 5. uerſ. quia reuerentia. eod. titulo de
199. iureiuran. affirmat: † reuerentiam debitam non poſſe partium conuentione remitti. Citat commodiſſimum textum in. l. Alia. §. i. ff. ſol. matrim.

Non ab re itaq; Bartolus in. l. cunctos populos. in prin. uerſ. Nunc ad propoſitum. C. de ſumma trinit. & fid. catholi. docens contra Cynum uim relatiui illic
200. adſcripti inquit: † omnes populos de iure Imperio Romano ſubeſſe, Cæſareiſq; legibus obligari: quamuis quidam de facto, id eſt, per iniuriam non obediant Cæſari. Exemplum talium de facto inobedientium populorum Bar. ponit in Florentinis: qui quidem pactione olim cum Rudolpho ab Habſpurg Cæſare Romano inita & pecunia ob id ſoluta (hiſtorici tra-

dunt)

dunt) ſe ab obedientia Romani Imperij ſubtraxerunt. † Vult ergo Bar. pacta Cæſaris huiuſmodi liberatoria 201. ab obedientia Romani Imperij de iure non ualere: prout etiam priuilegia Cæſaris concedentia Regibus aut populis talem libertatem atteſtatur alibi, imbecilla infirmaq́ eſſe, & uelut precaria poſſe Imperatorem pro arbitrio quandocunq́ reuocare. Sic, inquam, decidit ipſe Bar. in. l. Hoſtes. col. i. uerſ. & poſſet priuilegium illud reuocare. ff. de capti. & poſtlimi. reuerſ. Quem in hoc indulti articulo refert & ſequitur Baldus in. d. c. ſicut. lo. ult. nu. 5. & 6. extra de iureiuran. Pro quibus benè facit textus in. c. ſuggeſtum. iuncta gloſſa in uer. priuilegia. ex. de decim. Simili modo Ioannes Imolenſis in. l. Infamem. col. penult. in fi. & ſequenti. ff. de publi. Iudici. tenet, omnes populos ſubeſſe de iure Imperio Romano: licet de facto, hoc eſt, per iniuriam quidam illud non agnoſcant: † Ideoq́ 202. tales populi uidentur delinquere ſecundum eum: nec premium uel laudem indè merentur, ſed pœnam. Inter plurima, quæ ad hoc allegat, accerſit etiam Bar. in. l. Acta. §. De amplianda. ff. de re. iudic. ubi Bart. indiſtinctè defendit: quòd nullus populus poſſit quem ad famam reſtituere, niſi ſolus Princeps, uel ſenatus, iuxta. l. i. in. §. de qua autem. ff. de poſtulan. ſicq́ Bart. uult: nullum populum ius ſummi Principis habere: ac proptereà cunctos populos Romano Imperio ſubeſſe.

203. † Æquè omnes Reges Romano Imperio de iure ſubiectos eſſe, Imolenſi in annotato pridem loco probatur. Quocircà illic quoſdam reprehendit, dicentes, quòd Rex Franciæ non ſubſit Romano Imperio. Adducit Imolenſis contra illos præter leges, prudentiumq; authoritates multas, gloſſam. i. in. c. i. in tit. de pace iuram. firman. Quæ gloſſa definit: Franciæ regnum unà cum cæteris regnis ligari legibus Imperatoris Romani: quia de iure Francicum regnum ſubeſt, ſicut & alia regna, Romano Imperio. Quam gloſſam Doctores ibi communiter ſequuntur, ſicuti Aluarot. ſcribit. nu. 4. 5. Eadem Bartolum declarando recenſet de ciuitatibus nonnullis iterum Imolenſis in. l. continuus. §. cùm quis. ſub fi. ibi & adde quòd in quantum. ff. de uerb. oblig. Idem quoq; de regno Franciæ tradit peculiariter gloſſator, cuius ſententiam Doctores communibus ſuffragijs recipiunt in. c. per uenerabilem. §. uidebatur. uerſ. Inſuper. in uer. minimè recognoſcat. extra qui filij ſint legiti. Etenim illic ſummi Pontificis uerba declarans ait: Regem Francorum non agnoſcere, ſed de facto, Romanum Imperium: Cæterùm de iure ſubiectum eſſe Romano Imperio. Gloſſatorem ſecutus inibi per omnia Hoſtienſis ſcribit: Papam de Rege Francorum ſuperiores non recognoſcente obiter narrantem, cautè locutum fuiſſe, & factum ſolummodò Regis, non quidem ius atq;

debitum

debitū indicaſſe: † quia proculdubio Rex ille (Hoſtienſis ait) debet ſuperiorem ſuum recognoſcere, Imperatorem Romanum: qui circa temporalia Vicarius Dei eſt in terris. Hoſtienſem Ioannes Andreæ imitatur ibi, col. penult. uerſ. In gloſſa de facto &c. Antonius Butrius illic col. 23. uerſ. uenio ad uerſiculum. Inſuper, & uerſ. oppono contra iſtum &c. unà cum Abbate. col. ult. nu. 37. identidē gloſſatoris Hoſtienſiſq́ ſententiæ accedit inquiens: Impoſsibile eſſe, Regem Franciæ Imperatori de iure non ſubeſſe. † Ideoq́ latius diſſerendo Butrius etiam tenet, Regem Franciæ hoc nomine ſubeſſe Papæ, quòd ſit de iure ſubiectus Imperatori: qui Imperator ſubeſt Summo Pontifici. Habes aliam notabilem & conſimilem gloſ. quam Abbas ibidem probat in .c. ſuper Specula. in uer. non utuntur. extra de priuilegi. Et Gulielmum idem Abbas reprehendit in .l. unica. §. his cunabulis. nu. 4. ff. de offi. præfecti. prætor. dicentem: omnia regna de iure eſſe ſub Cæſare, excepto Regno Francorū. Franciſcus Aretinus, uir illuſtri ingenio, excelſaq́; indole præditus, in. l. cunctos populos. in 2. notabili. C. de ſumma Trinit. & fid. Catholi. propoſitam quæſtionē utrinq́ examinat accurratè: ac poſteà concludit: quòd Imperator uerus habet omnes homines mūdi ſubditos, & eos lege ſua ligat: necnon & Regē Franciæ habet ſubditū de iure, licet de facto ſuperiorē nō recognoſcat Imperatorē Rex ille. Eam cōplectitur cum cæteris communē 204. 205.

& receptiſsimã ſententiã Nicolaus de Vbaldis in ſuo tractatu, de ſucceſsio. ab inteſta. In. §. Et aduerte quia licet per conſequens matrimonium &c. nu. 81. 82. 83. inquiens: multos eſſe, qui de facto nõ agnoſcunt Cæſarem ſuperiorẽ, uelut Rex Franciæ, Rex Hiſpaniæ, & Rex Angliæ: quamuis iure communi poteſtatẽ ſuam à Papa & Imperatore habeant. Sic omninò poſt exactã diſceptationẽ docet atq; decidit Antonius de Roſellis in ſuo tract. legitimationis. Lib. 2. ſub tit. de legitimatis Principũ Clementia. in. §. ulterius eſt uidendum, quid de Regibus &c. nu. 35. 36. 37. Et Angelus Aretinus ante iſtos in. §. Ius autem. nu. 3. Inſti. de patr. poteſt.

Has ob cauſas rationeſq; manifeſtas Hoſtienſis in. d. c. Per uenerabilem. §. uidebatur. col. 2. uerſ. Nunquid ergò mortaliter peccant &c. extra qui filij ſint legiti. in dubium uocat: num. Franciæ, Angliæ, Hiſpaniæ & huiuſmodi alij Reges, populi, & Principes, peccent mortaliter ſubiectionem hanc Romani Imperij detrectantes? Hoſtienſi ſcrupulũ meritò iniecit Apoſtoli dictum ad Romanos 13. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Idem Auguſtinus docet in.
206. c. Qui reſiſtit. 11. q. 3. † Deniq; Hoſtienſis ipſe opinatur: Reges & populos eatenus fore utcunq; immunes à peccato mortali, quatenus obedientia per Cæſarem & ſubiectionis debitum non exigatur ab eis: interpellatos uerò, obnoxios (ſi contumaces non obediant) peccato mortali futuros; prout in ſimili de ſo-

lutione

lutione decimarum traditur in.c.cum homines.iuncta gloſſa. in uer. frugibus. extra de decimis. Probè conueniunt quæ pridem ſcripſi in Repetitione.l.ut uim.in tertia parte defenſionis,nu.11.ff.de Iuſti.& iur. Hoſtienſis decreto ſeſe ſubſcribunt Doctores in. d.c. per uenerabilem. nempè Ioannes Andreæ col. penultima.in fi. Ant. Butrius col.23. ad fi. ibi, an autem peccent Rex Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ &c. Abbas nu. 37. uerſ. Nunquid autem peccent &c. Et eſt recepta hæc ab omnibus concluſio: quam Bal. indiſtinctè (nulla interpellationis facta mentione) probat in.c.i. in prin. nu.i.ibi,& peccant, ſicut Francigenæ & multi alij Reges.in tit. de pace iura. firmam. Sic Imola cum Baldo ſentit in.l.Infamē. col. ult.in prin. uerſ.& ideò ſi non recognoſcunt,de facto non recognoſcunt &c. ff.de publi. Iudici.ubi tenet, delinquere eos, qui ſunt Cæſari inobedientes: proindè indignos premio iudicandos. † Vt inde nemini non affatim exploratū eſſe 207.
poſsit (maximè autem interpellatione Cæſaris ſecundum Hoſtienſis præſcriptum præmiſſa) tam hoſcè inobedientes Reges,populos,et Principes,quàm eorum milites Romanis militaribus priuilegijs alijſq; Romani Imperij beneficijs haud iniuria cariturOS, argumento. l. ſed etſi per Prætorem. §. Ait prætor. uerſ. ipſis enim. ff. ex quibus cauſis maior. l.ſiuè hæreditaria.ubi Bar. in ſummario. ff. de negoci. geſt. l.ij. §. uerba. ff. ad Senatuſconſult. Velleia. l. Non fraudantur. §.
Nemo

Nemo ex ſuo delicto.ff.de regul.iur. Eſt bona gloſſa in ſimili, quam Doctores communiter probant, in Clem.unica.in uer.Regum.de Baptiſmo.

Errare itaque impendiò nimis uidentur: qui admoniti à Cæſare, nihilomagis in uiam ſanctæ obedientiæ
208. & unionis animorũ atque Reipublicæ redeunt. † Dicere eapropter Xenophon eſt ſolitus: nullam hoſtilem urbẽ ab obedire nolentibus unquã fuiſſe captam,
209. nec ullam amicam ſeruatam. † Sophocles putat: inimicum patriæ uirum, in amicitiam ab aliquo eſſe nunquàm recipiendum: hoc ſciens nimirum Sophocles, quòd patria eſt, quæ nos ſeruat. Vnde prodijt Homericũ illud: quod eſt alioqui Cato imitatus: unum au-
210. gurium optimũ, pugnandũ pro patria. † Non enim indecorũ eſt defendenti patriam, mori. Plato in Critone ea de re uerba faciens inter cætera ita ſcriptũ reli-
211. quit: † ſi patria mandarit uerberari te, ſiuè in uincula conijci, ſiuè in prælium miſerit ad uulnera excipienda, mortemque ſubeundam, obediendum eſt omninò. Ius etenim ſic dictat, & neque tergiuerſandũ, neque fugiendum, neque ordinem deſerendum: ſed & in bello & in Iudicio, & prorſus ubique, ea ſunt, quæ Reſpublica pa-
212. triaque iuſſerit, facienda. Et paulò poſt: † Vi autem uti, nefas eſt, uel contra matrẽ, uel contra patrem, maximè
213. uerò omnium contra patriam. † Quamobrem ciuili lege cautum eſt: eos, qui pro Republica occumbunt, in perpetuum gloriæ cauſa uiuere exiſtimandos.l. Bello

àmiſsi.

amiſſi. ff. de excuſ. tutor. §. Defuncti autem. uerſ. hi enim. Inſti. de excuſa. tutor. l. ult. ff. de uacat. & excuſat. muner. † Reor inquam, illos longè lateq; opinione ſua falli: qui Republica Romani Imperij deſerta, ſe ſolos ſaluos cupiunt, ſoloſq; curant cuſtodiuntúe. Hierocles huiuſmodi tales comparat ei, qui digitum manus unum pluris facit, quàm ſimul quinq;: prudens uerò fuerit (ait ille) qui maioris quinq;, quàm unum eſtimat. Ille enim cum toto partem quoq; eius negligit: hic autem ſimul cum alijs quinq; unum itidem conſeruat. Ita qui ſeipſum præ Republica ſeruare uult, tum iniuſtè facit (Hierocles inquit) tum ſtolidus eſt, inſuper impoſſibilia deſiderans. 214.
† Nam ſi tota ciuitas uel Reſpublica peſſum ierit, unius utpotè ciuis ſalus conſiſtere non poterit: ſicuti manu corrupta ne digitus quidem unus, ut pars manus, ſaluus permanere poteſt. Hæc & id genus plura Hierocles referens, ſummam diſceptationis eius eo demùm perduxit, † quòd utilitas communis non ſeiungenda ſit à priuata, ſed una eademq; cenſenda. Porrò quicquid Reipublicæ prodeſt, id ſingulis etiam particulatim eſt commune. Totum etenim nullum eſt ſine partibus ſuis. Et uiciſſim quod ciui fuerit utile, ciuitati æquè conueniet: ſi modo illi, quatenus ciuis eſt, expediat. Idem prorſus cum Hierocle Cicero probat inquiens: † Vt contemnendus eſt, qui nauigando, ſe quàm nauim mauult incolumem: ita 215. 216. 217.

 uituperandus

uituperandus qui in Reipublicæ diſcrimine, ſuæ plus, quàm communi ſaluti conſulit. Conſentit per omnia his ius ciuile Romanum in. l. i. ff. ſolu. matri. in. §. ſed & maior. ibi, expedit enim Reipublicæ etc. Inſti. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. Quare alius quidam, cui Polydico nomen fuit, aiebat: Negotia publica ciuitatis, omnium maxima exiſtimare oportet. Ciuitas quidem proſperè agens, fælicitas eſt maxima. In hac inſunt omnia: hac ſalua, cuncta ſeruantur: hac pereunte, ni-
218. hil non peſſum it. † Quis igitur non intelligit, has ſectiones Romani Imperij, & allegatas contra illud inobedientiæ libertates, nihil aliud, quàm Reipublicæ, communis patriæ, manifeſtam eſſe ſubuerſionem: ſacroſanctæ religionis horrendam diuiſionem atque contemptum: cuiuſque diſſidentis peculiarem tandem cum uniuerſa Republica Christiana interitum: & turcicæ barbariei lautiſſimum incrementum? Rogauit Chriſtus æternum patrem, ut omnes in ſancta eius Eccleſia unum eſſemus. Præcepit in rebus politicis obediri tributumque Romano Cæſari pendi. Cur ergò ſi fæliciſſimo Chriſti nomine & auſpicio dignos eſſe ac haberi cupimus, tàm auidè Cæſarem, tàm facilè Rempublicam, tàm duriter communem patriam deſerimus, ſacrarumque legum iuſſa
219. ſpernimus? † Nunquàm ſanè (Sophocles in Aiace ſcribit) aut leges in ciuitate benè ſe habebunt, ubi metus abeſt; aut exercitus cum moderatione

perſiſtet,

perſiſtet, qui nullum timoris aut reuerentiæ obſtacu-
lum habet.

Obſeruandum tamen hoc loco: quòd etſi mortali-
ter peccare uideantur hi, qui à Cæſare interpellati ad
obedientiam non redeunt, ſecundum Hoſtienſem &
alios communiter in.c.Per uenerabilem.§.uidebatur.
col. ij. uerſ. Nunquid ergò mortaliter peccant etc.ex.
qui filij ſint legiti. cum ſimilibus anteà traditis: atta-
men illud à Doctoribus ita communibus ſuffragijs
aſperiore fortaſſis cenſura iudicatum, Charitatis Chri-
ſtianæ oleo nonnihil emolliendum putarim. Non
porrò Iudices tantæ rei uel Legum uel Canonum in-
terpretes, aut etiam Cæſarem ipſum in propria cauſa,
conſtitutos opinor: † Sed Eccleſiam potius & Pon- 220.
tificem Maximum, eam inobedientiæ controuerſiam
æſtimaturum, dixerim. Ad normam itaq; Euangeli-
cæ ueritatis hos, qui obedire Cæſari recuſant, ſeorſim
primùm (quò ad officium obedientiæ redirent)
monendos crediderim. Dein ſi monitorem non au-
diſſent: Eccleſiæ militanti, ac per conſequens eius Ro-
mano Præſuli, ſummo Pontifici, id planè ſignifican-
dum cenſuerim, Matthæi 18. Lucæ 17. c. Nouit. ex.
de Iudici. Iudicem ergò (ut mea fert opinio) no-
lentes Romano obedire Imperio Pontificem Ma-
ximum habebunt. † Quotieſcunq; enim pericu- 221.
lum animæ uertitur, toties Romanum Pontificem
in utroq;, ſpirituali & ſæculari, iudicio fore iudicem

 conſtat,

conſtat.c.Poſſeſſor malæ fidei. ubi glo.i.communiter recepta tradit. de regul.iur.Lib.6.Qui cùm in cunctis, tum in hoc præſertim graui iudicio ſingula, quibus res
222. notior fieri poſſit, neruoſius expendet. † Notionem uerò primam adhibebit Pontifex Maximus circa receſſionis cauſam ab Imperio Romano olim factæ. Alteram de cauſa, cur iam commoniti ad obediendum Imperio non redeant, identidem habebit: uti de utraque cognitione affatim ac propriè diſſerui in libro, cui titulum indidi: De Primatu prioris geniti Regum magnorumque Principum Romani orbis: ac de Romani orbis receſſionibus.cap.15.& 16. Ad inſtitutum redeo.

Neque te mouerint profectò, quæ anteriore loco contrarium ſuadere uidebantur. In primis quàmque ſummi Principis placita atque contractus, legum habeant uigorem: & mundi Dominus dicatur Imperator, in cuius manu ſint omnia Imperiumque etiam ipſum Romanum, unà cum Republica: attamen illud ita accipiendũ eſt, dummodò per ipſius Cæſaris placita contractuſúe non deſtruatur Imperium, non lædatur grauiter Reſpublica: uelut ſi inter ſubditos Imperio Cæſar aliquid diſponat: ſecus uerò quando ex indulgentia aut contractu eius fieret quis liber, ne poſthac Romano Imperio ſubeſſet: quoniam Imperatori talem poteſtatem lacerandi Imperij, diuinæ & humanæ prohibent leges. Eſt quoque textus in ſimili in.c.Monemus.ibi, ne Eccleſia Dei ad nihilum redigatur etc. 12. q. ij. prout

prout & pauló antè planiſsimè oſtendi. Idcirco Baldus in.l.unica.in prin.in 3.notab.ff.de offi.præfec.prætor. ait: nota ex hoc textu, Imperatorem fuiſſe electum ad regendum non ad deſtruendum, Rempublicam ſcilicet. Eſt bonus textus de hoc regimine Cæſaris circa Rempublicam, in.l.2.§.nouiſsime. ibi, ut neceſſe eſſet Reipublicæ per unum conſuli &c.ff.de orig.iur. Clariſsimè iterum Baldus in proemio feudorum. in uerſ. expedita.nu.33.eadem commemorat.

Quod autem allegabatur: Imperatorem mundi dominum, in cuius manu ſint omnia &c. ſatis id ſolius adminiſtrationis, protectionis, & iuriſdictionis, non etiam proprietatis directiuè dominij, intuitu dici, communibus prudentum ſuffragijs, rationibus fortiſsimis, legibuſq; conſpicuis pridē ſignificaui. † Sicut nanq; 223.
Pontifex Maximus, Epiſcopi, & reliqui Eccleſiarum prælati non ſunt rerum Eccleſiaſticarum domini, ſed ſolum diſpenſatores & adminiſtri: propterea nemini eorum alienatio talium bonorum eſt permiſſa.c.expedit.12.q.i.c. Qui Chriſti.c.Monemus.12.q.2.c. conuenior.23.q.8. Atqui Papa dilapidans Eccleſiæ bona de ſolio Pontificali eſt deturbandus.c. Non liceat.ubi & Archidiac. per illum text. ſcribit.12.q.2.latè Felin. in.c.Ad audientiam.col.i.& ij.extra de præſcripti. Ad quæ tamen uidenda ſunt notata per Baldum in.l. penult.nu.3. C. de bon. quæ liber. Ita quoq; Imperator duntaxat adminiſtrator bonorum Imperij eſt habendus.

224. bendus. † Siquidem Imperium & Sacerdotium ſi-
millima ſunt, & inuicē ualdè cognata, ab uno eodemq;
principio (quod eſt Chriſtus) procedentia, in Auth.
quomodo opor. Epiſco. in prin. c. ſolitæ. uerſ. prętereà.
extra de maior. & obedi. & Apoſtolus ad Coloſſen. 2.
225. † Et licet Bartolus in. l. i. §. ult. nu. 2. ff. de reiuendi-
cat. dixerit, idq; per illum textum, quòd Imperator ſit
uerus dominus totius mundi in uniuerſo: tamen eius
dictum eſt ſecundum prædicta intelligendum: ut ſit
uerus mundi dominus, adminiſtrationis nempè, de-
fenſionis, & iuriſdictionis tantum contemplatione:
Alioqui Bartoli uerba ſi aliter acciperes, reprehenden-
dus eſſet is ipſe Bartolus, cuius opinio per eam legem
minimè omnium probaretur: & contrà quem com-
munis ac receptiſsima reliquorum omniū extaret ſen-
tentia, rationes pugnarent, leges reſiſterent. Imò tum
quidē ſibimet Bartolus (hac in re cōtrarius utiq; & re-
pugnans) nō cōſtaret: utpote qui alibi cōtrarium eſſe
uerū haud dubiè cū reliquis ſit conteſtatus, in Proemio
digeſti ueteris, in prin. nu. 3. uerſ. Quid dicendum &c.
Non obſtat gloſſa in. c. Hadrianus. el 2. in uer. per
ſingulas. 63. diſtinc. Quæ ſolum loquitur de exemptis
per Cæſarem Regibus & prouincijs à cenſu ſoluendo:
nō aūt ab obedientia Romano Imperio atq; Reipub:
exhibenda: quemadmodū & in illa ipſa gloſſa perſpi-
226. cuè adeò cōtinetur. † Porrò cenſum Imperator ſub-
iectis regnis, prouincijs, & populis poteſt iure ſuo re-
mittere,

mittere, Italicumq; ius dare, ſicuti locis Imperij Roma-ni permultis aliàs ſæpe dedit: non ueruntamen ea lo-ca, Regna, uel ciuitates minus eſſe in reliquis (de obe-dientia, fide, obſequio, et reuerentia loquor) Romano Imperio ſubiecta deſierunt. l. i. l. ult. & toto tit. ff. de cenſib. l. In nomine domini. poſt princip. & per totã. C. de offi. præfect. prætor. Affric.

Simili modo nobis contrarium non eſt: quia Sum-mus Princeps poſsit in priuilegium ſibi reſeruata con-cedere alijs. c. Quòd translationem. extra de offi. lega. Poteſt quidem Princeps ea, quæ lex, gratia commo-dioris adminiſtrationis, in priuilegium ei tribuit, alijs, lege ſcilicet permittente, communicare: Cæterùm Im-perij uel Eccleſię bona (quoniã neq; Imperatoris neq; Papæ ſunt, multoq; minus in priuilegium admini-ſtratio eorum eſt ipſis conceſſa, quum ut Reipubli-cæ ſit melius proſpectum eiuſmodi adminiſtratio tan-tum ſit demandata.) Illi duo ſummi Principes ſibi ad-miniſtrationis ergò concredita alienare in alios nullo pacto nullo iure poſſunt, per prædicta.

Nec obſtat concluſioni noſtræ allegatus locus in. c. Per uenerabilẽ. §. uidebatur. uerſ. Inſuper. extra qui filij ſint legiti. † Veriſsima quippè & communis eſt 227.
gloſſa ac omnium illic atq; alijs in locis ad illum textũ declaratio: ut Rex Francorum non recognoſcat ſanè in temporalibus ſuperiorem: ſed illud ita de facto nõ aũt de iure conetur. Illi Pontificis dicto probè cõuenit ſententia

ſententia diui Hieronymi in.c.In apibus.7.q.i. aſſeue-rantis unicum in mundo Imperatorem à reliquis uel ipſius naturæ documento obſeruari audirique, utpotè inter omnes ſupremum, debere. Ea itaque ratione ad-monitus Pontifex in.d.c.Per uenerabilem.ex. qui fili. ſint legiti. non dixit; neminem Regi Francorum in temporalibus eſſe ſuperiorem; Cæterùm quòd Rex ille ſuperiorem in temporalibus nõ recognoſcat, tantũ ſcripſit.Ob id Franciſcus Aretinus in.l.cunctos popu-los.nu.3.C. de ſumma Trinita.& fid.Catholi.Cæterique Doctores concordibus uotis decidunt, quòd Impera-tor habeat de iure Imperium in omnes mundi homi-nes,& eos lege ſua obliget: etiam Regem Franciæ ha-beat ſubditum de iure. Ad leges uerò & authoritates, quæ ſolent in contrarium obijci, reſpondet Aretinus cum reliquis, intelligendas eas eſſe ſecundum facti cõ-tingentiam, & non ſecundum legum diſpoſitionem aut licentiam.

Proindè ex iſtis liquet, dictum gloſſatoris de Fran-cizenis Romano Imperio non ſubiectis, in.§.Ius autẽ. in uer.Romanorum. Inſti. de patria poteſt. ad factum (ſiquidem Galli de facto, non etiam de iure, Romano Imperio nolint ſubeſſe) & non ad leges referri opor-tere. Quamuis & Angelus Aretinus cum alijs ibidem ſub.nu.3.eam gloſſam reprehendat inquiens: eſſe cõ-tra Rubricam proemij Inſtitutionum: ubi Romanus Imperator inter alia Regnorum Imperij Romani & Prouinciarum:

Prouinciarum cognomina, quibus denominatur, Francus quoq; uocatur. Vtcunq; igitur dictum ipſius gloſſæ acceperis, ſententiç noſtræ illud minimè oberit.

Huc æquè ſpectat quod ſcripſit Baldus in.c.i.nu.5. in tit.de inueſt.in maritum facta.in conſilio ſuo 217. incip.Ego puto.col.ult.Lib.iij.& quod uoluit Cardinalis in Clementi.unica.in fi.de iureiuran.quibus in locis aiunt: Regem Franciæ & quoſdam alios Reges non ſubeſſe Romano Cæſari, inſuperq; dedignari, legibus Romanorum ſubijci. Illa nanq; uirorum ſcripta ad facti & cordis illorum Regum placita, non ad iuris moderationem, ſunt prorſus reuocanda.

† Parum identidem Gallicas partes iuuat relata Procopij ab Alciato hiſtoria in libro, de ſingulari certamine, cap. 32. utut Iuſtinianus Imperator cum Clothario uel Theudiberto Gallorum Rege pepigiſſet, nihil iuris in terra Gallia poſthac fore Imperatori Romano: tamen ea pactio uel ad immunitatem tantummodò ſoluendi cenſus atq; tributi eſt referenda: uel ſi generaliter ad inobedientiæ quoq; licentiam pertinuiſſe diceretur, ea planè inutilis & ridicula fuiſſet: quum non ſit talis alienandi poteſtas per legem regiam ulli Cæſarum unquàm tributa: quum proprietas Romani Imperij non fuerit in Imperatorem translata: cumq; ſecundum communem Doctorum ſententiam eiuſcemodi bonorum Imperij diſtractio, utpotè impoſſibilis & uniuerſæ Reipublicæ 228.

O perniciosa,

pernicioſa, omni loco & tempore fuerit Imperatoribus ſemper interdicta. Vndè horum pulchrè gnarus poſt illam, quæ apud Procopium legitur, Iuſtiniani cum Rege Francorum pactionem, atq; adeò poſt debellatos Gothos, Vandalos, & alios Romani Imperij hoſtes, ac poſt ſtabilitam (hiſtorici omnes ſcribunt) in orbe Romano ubiq; pacem, idem Iuſtinianus, ubi ſcilicet animum ad ius ciuile Romanum eiuſq; libros inſtaurandos adiecit, titulum regni Francici nunquàm non ſibi attribuit. Idipſum conſpicitur in Rubrica proemij Inſtitutionum Imperialium: in ſuperſcriptione. l. unicæ. C. de emendati. codicis Iuſtini. & in rubrica proemij digeſti ueteris. In quibus locis non ſolùm Gothicum ſed & Francicum inter alios ſubiectarum Prouinciarum titulos ſeſe Iuſtinianus appellat.

Nec te perterreat hoc loco damnata communiter à Doctoribus Oldradi opinio, in conſilio ſuo 29. incip. Conſueuit dubitari etc. in fi. aſſeuerantis: Regi Franciæ neminem eſſe uel de iure uel de facto ſuperiorem.

229. † Toto nimirum illo conſilio Oldradus fuit ſcurriliter & audaciſſimè debacchatus non tantùm contra ſummum Magiſtratum, Imperatorem Romanum, qui à Deo eſt, iuxta illud Apoſtoli, Omnis poteſtas à Deo etc. nec non approbatus à Chriſto reſpondente, reddenda eſſe Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, hoc eſt, mundana ſeu terrena, & Deo, quæ Dei ſunt, hoc eſt, ſpiritualia,

tualia, cultus debitus, idcꝫ genus alia. Quibus benè conuenit tex. in. c. ſolitæ. ex. de maiorit. & obed. Verumetiam ſanctas Romanorum leges, quas donum Dei eſſe cunctis obuium eſt. l. ij. ff. de legib. blaſphemauit Oldradus: quaſcꝫ lex canonica & ſancta Dei Eccleſia, ubi res poſtulat, non dedignantur imitari. c. i. extra. de no. oper. nunciati. c. ſuper ſpecula. extra de priuilegi. Neſcio equidem quo ſpiritu & malo genio percitus ille Oldradus Monarchiam Romanam omni iure & lege iuſtiſſimam, iniuſtam ipſe adſeruerit: ac per conſequens Romanas leges, quas ipſe nihilominus profitebatur, homo inibi ſplendidè incautus damnarit. † Au- 230.
ctore enim legum, Imperio nempè Romano, per Oldradum damnato, libri, leges, & ſcripta eiuſdem Imperij recipi ab eodem ipſo Oldrado neutiquàm potuerunt. c. fraternitatis. ubi quocꝫ gloſſa & Doctores per illum textum ſic notant. extra de hæreti. l. Mathematicos. C. de Epiſcop. audienti. c. licet ex quadam. ex. de teſtib. Ad hęc, perperam argumentatur Oldradus contra Imperium ſeu Monarchiam Romanorum inquiens, ab iniuſto principio profectam: † Siquidem eorum 231.
Monarchia nitatur non ſolum præcipuo Dei nutu, ſed & optimo gentium iure; quo bella adinuenta fuére, & quicquid captum in bello capientiū factum. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. §. Ius autem gentiū. Inſti. de iur. natura. l. i. circa prin. ff. de acqui. poſſe. l. Naturalem. in fi. l. Transfugam iure belli. ff. de acqui. rer. domin. §. ſer-

ui autem. Inſti. de iur. perſonar. §. Item ea, quæ ex hoſtibus. Inſtit. de rer. diuiſi. Qua nempè maiore æquitate potuit fundari Imperium Romanum, quàm communi uniuerſarum gentium lege & ratione: ut toto tit. ff. Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem iure utatur, eſt uidere: Non tulit certè Romanus illam gentium legem: ſed ea non ſine ſingulari uirtute & iuſtitia, peculiari quodam Dei iudicio, æquiſſimè in alios, ſicut alij in ipſum, eſt uſus.
232. † Quamobrem diuus Hieronymus ita ſcribit: Romani uirtutibus ſuis promeruere orbis obtinere Imperium. c. omnes. poſt medium. 28. q. i. Et diuus Auguſtinus ait: eum, qui non agnoſcit Imperatorem ſummum in temporalibus Magiſtratum, nihil proprij
233. habere meritò dicendum. † Quoniam per leges Imperij Romani quiſque defendit ſua. c. Quo iure. 8. diſtin.
234. † Et Iuſtinianus in. d. l. unica. in prin. C. de Iuſti. Codice confirman. teſtatur: genus Romanorum fœlix ita armorum uirtute & legum obſeruantia emicuiſſe, ut omnibus anteponi nationibus, omnibus gentibus dominari tam præteritis temporibus quàm poſthac in æternum, Deo propicio, demeruerit. Sileat itaque Oldradus: qui ſuæ opinionis falſæ imitatorem habet prorſus neminem.

Poſtremò quæ obiter retulit Socinus in conſilio 275. In cauſa fratrum Andreæ etc. col. iiij. uerſ. Si uerò & tertio caſu. Lib. ij. de quibuſdam Hetruriæ ciuitatibus,

quæ

quæ à Rudolpho Cæſare pecunia ſibi libertatem redemerunt: nullo iure defendi ſuperiore loco plenius demonſtraui. Necꝙ dici poteſt, Socinum in eam adductum opinionem, ut ualere libertatis pactum inter Rudolphum & urbes Hetruſcas haud dubiè affirmaret. Quoniam perfunctoriè illud ſine deliberatione, ſine lege, & abſꝙ ulla penitus diſceptatione rem tunc geſtam ſimpliciter narrat.

Decet ergò quippè omnes (ſi nos quæ optima ſunt & liberè loqui & ſtudioſè complecti in Republica oportet) Reges, Principes, prouincias, & populos, illum unũ Cæſarem Romanum in temporalibus ſupremum agnoſcere Magiſtratum: honorem illi & obedientiã iure debitam ultrò exhibere, aut ſaltem eius rei gratia interpellatos non denegare. Subſidia nanꝙ uitæ parentibus noſtris ſi debemus, quemadmodum certè debemus. l. ſi quis à liberis. in prin. & in. §. utrum. ff. de liber. agnoſcend. l. i. l. ij. C. de alend. liber. l. filia tua. C. de patrit. poteſt. multo magis patriam, quæ parentibus, ut anteà dixi, longè charior cuiꝙ bono ciui eſſe debet, atꝙ Rempublicã, ne pereat, iuuare, eidemꝙ ad diuturnitatis & uigoris ſubſidia, obſequiaꝙ præſtanda piè tenemur, † Refert Euripides: tria eſſe in 235.
Republica ciuium genera. Quidam diuites ſunt, inutileſꝙ plura ſemper appetentes: Alij uerò nihil poſsidentes, inopeſꝙ uictus, miſeri, inuidiæ nimium tribuentes, malos aculeos in ditiores emittentes lingua,

O iij improbis

improbis chari ducibus: Cæterùm è tribus, quod me-
dium genus eſt, urbem ſeruat, modũ illum cuſtodiens,
quem ciuitas approbauerit. Cùm igitur nec primum
nec tertium malorum & inutilium ciuium genus pro-
bis uiris placere poſſit: danda utiq; nobis opera erit, ut
in ſecundo bonorũ ciuium conſiſtamus genere: con-
ſiſtemus autem, ubi Romanam Rempublicam pro
236. noſtra uirili ſeruabimus: † ſeruabimus equidem, ſi
ſacroſancta legum Reipublicæ ſiuè Imperij Romani
monita cuſtodientes æquo animo feremus. Honeſtũ
planè eſt, leges ſequi patrias. Alioqui in ſuſpitionem
malorum hominum (Euripide teſte) incideremus,
quando Magiſtratum audire contemneremus. Indè
237. Sophocles: † nullum eſt maius (inquit ille) inobe-
dientia malum. Ariſtoteles refert, Athenienſes exiſti-
maſſe, nihil tàm eſſe malum, quàm eſt inobedientia:
238. † Porrò homines durare incolumes non poſſe, ubi
nemo præſit. Democritus ſimile quippiam protulit
239. dicens: † lex hominum uitam beneficijs demereri
cupit: id autem præſtare poteſt, ſi ipſi eą ſuſcipere uo-
luerint. Obedientibus enim uim & uirtutem ſuam lex
declarat. Quappropter Hypodamus Pythagoreus ra-
240. tus: † quemuis inobedientia plenum, ciuili & reue-
renda diſciplina uarijs modis abuti. Plato libro de Re-
241. publica octauo putat: † Nimiam libertatem tum in
priuato homine tum in ciuitate, non in aliud, quàm in
nimiam ſeruitutem euadere.

Quæſtio,

QVAESTIO, NVM HOdie ſit Romanum, aut potius Germanicum Imperium.

QVa autem ratione ciuitates, populi, & Reges facillimè ducantur, Cæſari non parêre, libenter uerò diſſentire, eam aliquando etiam fortaſsis nonnulli adduxerint: † quòd poſtrema hac ferrea 242. ætate, quum exoleuerit Romanum Imperium, & iam tantummodo Germanicum uigeat: non iniuria exteri Imperio Germanorum, quibus nullo unquam æuo fuerunt ſubiecti, obedientiam præſtare nolint. Ita fermè argutari plurimos coràm ſæpè audiui: Ita euulgatis quoque libris mordicus teneri plerunque legi: & id denique Alciatus cùm multis in locis tùm maximè in libro ſingularis certaminis, cap. 32. ſequi uidetur. Ait in eo, quem dixi, loco Alciatus: Regem Francorum nullo tempore Cæſari faſces ſuos ſummiſiſſe. Inter alias, quas memorat, cauſas illam uelut potiorem atque recentiorem profert. Quandoquidem Gregorius 5. Pontifex (hic Saxo natione & conſanguinitate Ottoni tertio iunctus, Bruno antea dictus fuit) ſua quadam conſtitutione à Francis in Germanos Romani Imperij titulum tranſtulit: non eſt uериſimile id actum (inquit Alciatus) ut Francus, cui potius is honos, ceu gentilitius, debebatur, ipſi Germano ſubijceretur. Satis nem-

tis nempè fuerit, ſi Gregoriana illa conſtitutione tantummodò ablatum Franco dignitatis titulum interpretemur: cum riuali ſuo eum ſubijci, iniquum fuiſſet. allegat. l. i. §. ueteres. ff. de acqui. poſſeſſ. Sic ergò Alciatus ſentit, ſolummodò titulum Romani Imperij, in quo titulo nihil, quàm honos, contineretur, per Gregorium Germano fuiſſe conceſſum: ueram autem Romani Imperij cum uniuerſali iuriſdictione adminiſtrationem Germano datam latenter pernegat. Quaſi dixerit Alciatus: permiſit Germano Gregorius, ut Romanorum Imperator titulotenus poſſet nominari. In eam quoq; ſententiam Alciatus non obſcurè fertur, quando inquit: ueriſimile non eſſe, id à Gregorio actum, ut Francus Germano ſubijceretur etc. quaſi ſcilicet reuera ſit Germanorum non Romanorum Imperium, & propterea Germano Cæſari non ſubijciatur Francus.

Simili modo Gallus quiſpiam Iuriſperitus, qui ſuppreſſo eius nomine commentarios ad edictum Regis Franciæ iuriſdictionis iudicum præſidialium, euulgato libello, conſcripſit, eandē (ſed longè expreſsius) cantilenam decantat. Illius autem uerba ex illo, quem memoraui, libro in uerſ. Roy de France &c. huc amplioris confutationis ergò transſcribere libuit. Sic proindè ait Iuriſperitus ille: Nam Francones populi ſunt in Germania, qui quia fuère primi Accolæ Salæ fluuij, Salij appellati ſunt. Et paulò poſt de ijſdem loqui pergens inquit:

inquit: Hi populi ſub Romanis Principibus Galliam ſæpè tentauerunt: uerùm ab Aureliano, Probo, & Iuliano, ducibus ſæpè ſunt repreſſi. Tandem urbe capta, & lacero Imperio, cùm ad maximam multitudinem aucti eſſent, conuenêre cum legionibus Romanis, quæ Rheno arcendis barbaris impoſitæ erant, ut quas Romani tunc retinebant urbes, eas ſibi haberent, & reliqua Gallia ipſis Francis accederet. Hoc icto cum Romanis fœdere, Franci relictis patrijs ſedibus Rhenum tranſgreſſi, pulſis populariter Gallis, eorum ſedes tenuere: hinc Francia dicta eſt. Ac hi Pharamundum Regem filium Marcomiri ſibi regem fecêre: qui, neq; eius ſucceſſores, Imperio Romano paruêre. Quare fruſtrà quæritur, utrum Francorum Princeps Romano ſubſit Imperio: quum poſt extinctos, oppreſſoſq; Romanos Imperatores Francorum cæperit principatus. Ac hi, qui à ſeptem uiris Germaniæ Principibus deſignantur Imperatores, nihil ueteris amplitudinis & Auguſti illius Imperij Romani habent: ſed quadam umbra dignationis Imperatoriæ exornantur. Siquidem uix uni Prouinciæ Germaniæ imperant. Nam quas hodie Prouincias præter Germaniam Carolus quintus obtinet, non iure dignitatis Imperatoriæ, ſed aut iure hæreditatis à maioribus acceptas, aut occupatas bello poſſidet: In reliquas autem Prouincias, quæ diſſipatis rebus Imperij Romani in libertatem ſe uindicarunt, nihil poſſunt Imperatores ſibi arrogare. Nam

populi quam libertatem Romana ui amiſerant, eandem iure beli receperunt. Quam plusquàm mille annorum authoritate retinent: qui neq; ſui iuris ceruices Romano Pontifici ſubmiſere, quò eos in alicuius Principis, uelut Imperatoris Germaniæ, ditionem poſſet transferre. Ergò irrita eſt quæſtio profeſſorum iuris, utrum Reges Galliæ, Hiſpaniæ, Britanniæ, & reliqui Principes ſubſint Imperatori. Nam nullos puto illi ſubijci, præter Regulos Germaniæ, & eos Reges, qui ab illo aut ui fuere ſubacti, aut ſua ſponte illi ceruices ſubmiſere. At reliqui in ſuis Regnis ſunt in eadem Maieſtate, qua Imperator eſt in Germania etc. Hęc ille.

Reperi dein Irenicum germanum quendam: qui auctoritate Beroaldi, uiri noſtratis in humanioribus diſciplinis perdocti, fiſus non dubitauit affirmare, Imperium potius Germanorum, quàm Romanorum, eſſe nuncupandum. Porrò Beroaldus (Irenicus refert) Maximilianum Imperatorem Germanorum, non autem Romanorum appellauit. Cuius nuncupationis cauſam interrogatus poſteà ab amico Beroaldus multifariam reddidit. Reſcripſit enim ſe tum rem, quàm uerba, maluiſſe ſequi: ſiquidem uocare Regem Romanorum eum, qui Germanis imperet, conuenire ambitioſis crediderit, non ſimplicibus ſcriptoribus. Altera fuit Beroaldi inter cæteras eius rei potior ratio: quoniam honorificentius eſſe cenſuit, Imperatorem Germanorum quàm Romanorum iam dici: quum hoc ſæculo

Romana

Romana nobilitas decoxerit,fece & quiſquilio ſuper-
ſtitibus: Germania uerò ſit uiribus,opibus,ac magni-
tudine florentiſſima.Hæc pręcipua Beroaldum ad eam
reſpondiſſe interrogationem, Irenicus ille plurimùm
ob id exultans ſcribit.

Verùm huiuſmodi hoc Alciati & aliorum commen-
tum in apertam Germanicę gentis inuidiam,imò in to-
tius etiam Reipublicæ euerſionem à nonnullis eorum
excogitatum, ab alijs uerò indiligentia quadam & ni-
mia ſimul iuris ciuilis imperitia defenſum,quàm longè
ab æquitatis & Iuſtitiæ orbita diſtet, haud operoſum
eſt cernere.

† Inprimis falſum eſt,tum demũ ad Germanos Ro- 243.
manorum Imperiũ perueniſſe, ubi Gregorius 5. Pon-
tifex ſua id effecerit cõſtitutione. Tulit eam, de qua Al-
ciatus fabulatur, conſtitutionem Gregorius annum à
Chriſto nato circiter milleſimum.At quidem Otto pri-
mus,præclariſſima Saxoniæ domo oriundus,& Hen-
rici 1.Regis filius, anno Dñi plus minus 963.à Ioanne
duodecimo Pontifice Imperiali diademate fuerat Ro-
mę multo antè inſignitus.Dein ſucceſſit illi filius,Otto
ſecundus,anno Chriſti 975.Quo defuncto eius iden-
tidem filius,qui Otto tertius fuit poſteà dictus, ad Im-
perij Romani gubernacula anno 984. eſt euectus.
† Quo imperante (poſt annos ſcilicet 16.) Grego- 244.
rius ille 5.Pontifex Max: memoratam conſtitutionẽ de
eligendo in poſterum (uti omnes hiſtoriæ celeberrimi

quicq; ſcriptores memoriæ prodiderunt) à ſeptem uiris Germaniæ Principibus Romano Imperatore ſapienter (mihi uidetur, ne imperium uel ſucceſſione daretur, uel in deligendo Cæſare Reſpublica diſſenſionibus fortè ciuilibus grauiter quandoq; læderetur) & magno conſilio tulit: tametſi nonnulli quoq; Neotericorum hiſtoriæ ſcriptorum (quibus tamen ego utpotè minus ſolidè ob argumentorum imbecillitatem ea de re differentibus non aſſentior: ſiquidem accidere perfacilè potuerit, quemadmodum in id genus rebus uſu non rarò uenit, à Gregorio 5. latam fuiſſe illam conſtitutionem, & tunc demum ſub Gregorio 10. executioni miſſam, ab omnibuſq;, neceſſitate proculdubiò expoſcente, probatam) adfirment, illos ſeptem Imperij electores poſt tempora primùm Friderici 2. à Gregorio 10. fuiſſe ad id conſtitutos. Proindè ſi rectè ratiocinemur, tunc primùm Romani Imperij titulus à Francis in Germanos non fuit translatus, quum eam promulgauit Gregorius de Imperio conſtitutionem: Siquidē prius annos nempè 35. apud Germanos in nobiliſsima Saxoniæ domo Romani Imperij adminiſtratioem fuiſſe conſtet.

Ad hæc, Alciatus cum pleriſq; adhuc magis ac magis
245. fallitur. † Nam Imperij Romani moderationem à Græcis ad Germanos in perſona Caroli magni Pontifex Maximus, Leo tertius, immediatè tranſtulit. c. Venerabilem. ex. de electi. Accidit autem, ut illa translatio

Imperij fieret Romæ ſub anno Salutis octingenteſimo. Igitur Carolus Magnus ſiuè Gallus aut Francus, ſiue Germanus (nota ſanè hiſtoria eſt, eũ in Germania in Palatino Comitatu haud procul à Moguntia natum: & ex Francis orientalibus, qui ſunt Germaniæ populi, in umbilico eiuſdem terræ antiquiſsimi, prognatum) fuerit: pluſquam manifeſtum eſt uel locupletiſsimo Innocentij tertij Pontificis teſtimonio, nõ ad Gallos aut Francos, ſed ad Germanos, non ſolum titulum, ſed Imperium Romanũ fuiſſe uſq; tunc translatum. Nam ſatis indè liquet, Carolo Magno Imperij Romani curam fuiſſe demandatam, non uelut Franco, ſed tanquam Germano, ſeu Germanorum Regi, ut ea Germanica natio armis uiribuſq; potens tantæ ipſa præeſſet unicè moli.

† Prætereà quòd non nudum titulum Romani Imperij, ſed adminiſtrationem quoq; cum uniuerſali ſcilicet iuriſdictione Germani acceperint, fidem etiamnum faciunt literæ & reſcripta Caroli magni uetuſtiſſima: in quibus ſe Romani Imperij ſolummodò gubernatorem nominat. Hoc apud Munſterum quandoq; legi Lib. 3. ſuæ Coſmographiæ, in tit. de Germania, fol. 749. ſub Capitulo Oſnaburgum. † Ex quib. non exoleuiſſe adhuc Romanũ Imperiũ, cuius gubernatio etiamnum Germanorum eſt, haud dubiè liquet. 246. 247.

Nouiſsimè ita argumentor: † quemadmodũ uetuſtiſsimis temporibus Romanus Imperator electus 248.

Inſulis (nimirum tribus, Aſiæ, Affricæ, & Europæ dominatum referentibus) exornabatur. l. Benè à Zenone. in fi. C. de quadrie. præſcripti. ita quoq; iam coronis tribus, ferrea, argentea, aurea, ſi inſignitur. d. c. Venerabilem. extra de electio. Si poſt translatam Romani Imperij ſedem ab urbe Roma Cõſtantinopolim, Romanum tum nihilominus ſemper fuit Imperium. l. ult. C. de infantib. expoſi. l. 2. §. In Sardinia. C. de offi. præſec. prætor. Affri. §. & Bellicos. in proem. Inſti. & deſignati Cæſares Conſtantinopolitani ſeipſos legibus etiam latis nunquã non Imperatores Romanos, item Cæſares Auguſtos nuncuparunt. l. ſi quando. in prin. C. de inoffi. teſtam. cum ſimilibus. & in Rubri. proemij Inſti. Si illud idem, quod erat apud Græcos, Imperium à Græcis ad Germanos per ſummos Pontifices Romanos olim fuit translatum. d. c. Venerabilem. Si Romanorum atq; adeò Romani Imperij leges hac identidem tempeſtate authoritatem ſuam, robur, & efficatiam in Republica, uti antehac ſemper, retinent: ſi deniq; nõ obedientes hodie Imperatori peccant mortaliter, uti pridẽ ſcripſi: Neceſſariò planè ſequi oportet: illud idem per omnia Romanum Imperium (nõ quidem titulotenus tantum) iam uigere, & apud Germanos hodie omninò extare, quod antea fuit apud Græcos. Cuiuſmodi quoq; rei teſtis, ut dixi, ampliſsimus eſt Pontifex Maximus inquiens in. d. c. Venerabilẽ. Romanum Imperium, quod hactenus tenuiſſent Græci,

Germanis

Germanis fuiſſe traditum. Vt uiris doctis indignum profectò fuerit de re hac manifeſta hæſitare. Cæterùm & inſignia Imperij noſtris temporibus eadem, quæ olim unquã antea apud Romanos fuere (Aquila nempè.) Romanorum eſſe hac tempeſtate Imperium perſacilè indicant. † Inſignia etenim rem eſ- 249.
ſe illorum, quorum ſunt inſignia, ubiq; teſtantur. Bal. & alij in Auth. Dos data. C. de donat. ante nupt. l. i. l. 2. C. ut nemo priuat. tit. l. Vnica. C. de his, qui potentior. nomi. Ad Galli argumenta nunc me cõuerto.

Ait ergò in ſuis commentarijs ad edictum Regium ille: poſt urbem captam & lacerum Imperium Francones populos cum Romanis legionibus ad Rhenum pepigiſſe, ut reliqua Galliæ pars ipſis Francis cederet. Quo icto fædere, & populatim exactis de ſedibus Gallis, Galliam terram Francones ſub eorum Rege Pharamundo primùm tenuère: qui quidem Rex ſucceſſoreſq; eius Romano Imperio paruère nunquam. Nimirum irrita eſt illa quæſtio: num Rex Francorum ſubſit Romano Imperio: quum poſt extinctos, atq; oppreſſos Romanos Imperatores Francorum ceperit principatus. Et reliqua.

At uerò ipſe reor, omnes huius argumentationis partes eſſe meritò reprehendēdas. † Quod au- 250.
tem urbe Roma capta (quod ſanè accidit urbi ab Alricho Rege Gottorum anno Chriſti 412.) Imperium Romanum eſſe deſierit, ſeu extinctum unà

cum

cum Imperatoribus fuerit, nequaquam eſt uerum. Etenim Honorius tunc cum Theodoſio Romanæ Reipublicæ præfuit: præfuerunt & ordine alij poſtea Romano Imperio Cæſares, qui Conſtantinopoli ſedem habuerunt uſque quo inde ad Germanos in perſonam Caroli Magni totius rei Romanæ moderatio
251. fuit translata. † Sciendum quippè eſt, Romanum Imperium non includi aut circumſcribi urbis mænijs, multoque minus in perſona unius uel plurium Imperatorum conſiſtere: ſed in uniuerſo orbe ita ſanè contineri, atque anima continetur in corpore: ut deſtructa parte aliqua mundi, uel à Barbaris occupata, aut uno ſeu pluribus (id quod non raro olim accidit) captis enecatiſuè Imperatoribus, Imperium totum nullo iure, nulla ratione dici poſsit extinctum. Propterea historici, Iuriſconſulti, Imperatores, ac reliqui ſcriptores omnes appellarunt hunc uiſibilem mundum, orbem Romanum: in quo homines quotquot eſſent, tot Romani ciues forent: & ob id Romam communem patriam cunctis eſſe dixerunt: quaſi pia illius urbis uiſcera nullos non foueant, ad neminem non pertineant. l. In orbe Romano. ff. de ſtat. homi. l. Sed & reprobari. §. In Roma. ff. de excu. tutor. l. Roma. ff. ad municipal. De cuius urbis laudibus doctiſsimus Poëta Claudianus loquens ſic non ab re ſcribit.

Hæc

Hæc eſt in gremium uictos, quæ ſola recepit,
Humanumq́ genus, communi nomine fouit
Matris, non dominæ ritu: ciueſq́ uocauit
Quos domuit, nexuq́ pio longinqua reuinxit.
Huius pacificis debemus moribus omnes,
Quòd ueluti patrijs regionibus utitur hoſpes,
Quòd ſedem mutare licet, quòd cernere Thulen,
Rurſus, & horrendos quondam penetrare receſſus.
Quòd bibimus paſſim Rhodanum, potamus Orontem,
Quòd cuncti gens una ſumus, nec terminus unquam
Romanæ ditionis erit. Et reliqua.

Quamobrem Iuſtinianus (quod & anteà monuimus) poſteaquàm Gottos de Italia pepulit, Romanum Imperium, cui ipſe præerat, nihilominus eſſe, in æternumq; fore legibus etiam latis iure optimo prædicauit. in.d.l.unica.in prin. C.de Iuſti.Codi.confirm.

† Mirum dictu profectò, quòd Iuriſperiti Galli, (de 252. modeſtis & ſapientiorib. nõ loquor) huiuſmodiq; alij, qui legũ Romani Imperij peritia inprimis nitũtur, gaudent magnoperè doctoreis titulis, & profeſſione ſplendidè exornantur, illis ipſis legibus Romanum Imperium delere (quamuis fruſtrà) tam anxiè contendant. Meminiſſe illos (mea quidem ſententia) plus æquo hallucinatos oportuit (ſi legum ſcientiam, authoritatem, & dignitatem profitentur) moralis illius pręcepti:

Q in.c.

in. c. ex eo non debet. de reg. iur. Lib. 6. non debere quem indè ſibi emolumentum polliceri, quod expugnare fuiſſet adniſus. Neq; beneficio legum, quod ab Imperio Romano habent, poſſunt, uel repugnante Imperio, multoq; minus aduerſus ipſum Imperium iuſtè uti. l. ſi Iudex. ff. de minorib. Cur dubitant homines, an hodie extet Romanum Imperium: ſi Romani Imperij leges ubiq; paſſim in Europa ab omnibus populis magnificè laudentur recipianturq; libentiſſimè? Si Romanam linguam in uniuerſo orbe homines uenerantur, colunt, et maternę etiamnum multò præferunt? Vellem mihi apud Chriſtiani nominis gentes, in Europa præſertim, Prouinciam, aut Regnum demonſtrari, ubi ſacræ Romani Imperij leges, tanquàm ius Ciuile Romanum, ubi inquam Romana lingua, uelut idioma Romanum, reuerenter (publicis ad id etiam magno ſumptu erectis Gymnaſijs) non colantur, honoſq; illis maximus non habeatur. Hæc utiq; haud leui ſunt argumento, Romanum adhuc uigere Imperium: cuius leges uiuendi modum & normam Chriſtianis populis, etſi non in omnibus, in aliquibus ſaltem negotijs uel præſcribant, uel cum honore & reuerentia ſuſcipiantur. Vndè per hanc legum Romanarum obſeruantiam Bar. uniuerſalem Imperij iuriſdictionem in eos, qui earum legum ſunt obſeruatores, retineri docet. in. l. hoſtes. nu. iij. ff. de Capt. l. Vna eſt uia. ff. de ſerui. ruſt.
253. prædi. † Vt nimirùm extra omnē dubitationem cuiq;
eſſe

eſſe poſſit, non prius interiturum uniuerſo in orbe Romanorum Imperium, quàm Ciuile ius Romanum cum lingua latina apud uiros mortales ubiqꝫ exoleuerit, in uſuqꝫ paſſim eſſe deſierit. Verùm pergamus Gallorum refellere argumenta.

Quòd uerò Galli pro ſe adducunt pactionem Francorum cum Romanis legionibus initam: leue admodum illud eſt. Aut per pactum iſtiuſmodi conceſſæ ſunt Francis in terra Gallia ſedes, ut tamen Romano Imperio obedientiam, obſequia nihilominus (uti ueriſimile eſt) & reuerentiam pręſtare Franci deberent: Aut etiam ne tenerentur Franci Romano obedire Imperio, neuè honorem ac reuerentiam exhibere pacto illo fuit cautum. Primo caſu Pharamundus Rex Francorum in terra Gallia primus, cæteriqꝫ deinceps eorum Reges iniuſtè feciſſent, ſi contra promiſſam fidem mutaſſent ſibi titulum poſſeſſionis terræ Galliæ: Cùm enim à Romanis poſſeſſionem illius terræ precibus impetraſſent, poſſidere tum Galliam precariò cæpiſſent. l. ij. §. habere. ff. de præcar. Dein mutaſſent ſibi poſſeſſionis titulum, & titulo pro poſſeſſore poſſediſſent: qui quidem poſſeſſionis titulus prædonum eſſe à Iureconſulto dicitur. l. Pro hærede. §. pro poſſeſſore. ff. de peti. hæredit. † Quæ nempè tituli poſſeſſionis immutatio (etiam ſi in titulũ alioqui iuſtum mutatio fieret) legibus planè eſt interdicta. l. Qui legatorũ. §. qđ uulgo. ff. pro hæred. l. cum nemo. C. de acqui. poſſ. 254.

Altero caſu ſi pactionem illam Francorum cum Romanis latiſſimè interpretemur, ut & obedientiam erga Romanum Imperium Francis remiſerit: utiq; ea conuentio inualida prorſus contraq; bonos mores ipſo iure erit.l.Alia.§.eleganter.ff.ſol.matri.& tradidi prolixè ſuperius.
255. † Ex quibus utroq; caſu ſequitur, illos populos & Reges ui & iniuria ſe in libertatem ab obedientia Romani Imperij uindicaſſe: ac proindè in communem patriam, Rempublicam Romanam, grauiter peccaſſe.l.Amiſſione.§.qui deficiunt. ff.de capit.dimi.l.i.l.ij.l.iij.l.iiij.& per totum illum titulum. ff. ad.l. Iul. Maieſt. l. iij. §. Transfugas. ff. ad. l. Cornel. de ſicar. Ideoq; nullam indè libertatem aut quiduis aliud commodum demeruiſſe. l. Non fraudantur.§.Nemo ex ſuo delicto.ff.de regul.iur.Eſt bona gloſſa in Clementi. unica. in uer. Regum. de baptiſmo.cum ſimilibus.Et licet pluſq; mille annos obedientiam Romano Cæſari non præſtiterint tales populi uel Reges, attamen nihil iure etiam præſcriptionis ea in re ſibi potuerunt acquirere; quandoquidem contra ſupremam Romani Imperij poteſtatem præſcriptio cuiuſq; longiſſimi æui nulla planè ſit: quemadmodũ à nobis anteà ſcripta oppidò teſtantur; pręſertim cùm nõ debeant præſcriptione inuenta p leges Imperij Romani aduerſus illud Imperium uti.l.ſi Iudex circumuento. ff.de minorib.c.ex eo non debet. de regul.iur.Lib.6.l. Nimis graue.C. de teſtib.

Quod

Quod poſtremò ſuis cõmentarijs addiderunt Galli: Imperatores hodie à ſeptem uiris Germaniæ Principibus deſignatos nihil ueteris amplitudinis, & Auguſti illius Imperij Romani habere: ſed tantũ umbra quadã dignationis Imperatoriæ exornari: quorũ poteſtas atq; Imperiũ Germaniæ limites neutiquã excedat &c. manifeſta cõtra Germanos inuidia & æmulatio eſt. Porrò tametſi Germano Cæſari, qui Romanæ Reipublicæ moderator ſit legittimè deſignatus, extra Germaniam nemo obedire uelit, dolendum quidẽ eſt uehementer: ac eo magis, quoniam id facere homines per iniuriam, diſsidendi ſtudio, recuſant, quod omni æquitate, omni iure, omni lege debitum eſſe, non poſſunt ignorare. Idcircò inobedientes iſtos in Deum quoq; mortaliter peccare, ſuperiore loco dudum ſignificaui. Vt quid ergò Germanicæ uirtuti exprobrant homines, quod & dicere dedecet, & facere periniquum eſt? Quare gloriantur in malo inobedientes? Quum potius in humilitate, concordia, pace, conſenſione, & charitate Chriſtiani homines congaudere deberent?

† Faceſſant amarulentæ atq; infauſtæ gloriationes iſtæ: quæ niſi homines contra ſuum Magiſtratum pugnare, Rempublicam Chriſtianam communem patriam, deſerere pelliciunt. 256.

Illa autem, quæ Beroaldus hac de re dixiſſe fertur, non magni adeò ſunt facienda. † Perindè nanq; licet Oratoribus & hiſtoricis (ſed nominis ſui periculo) 257.

nugari de rebus incognitis, atq; etiam aliquando Poëtis. Verum forſan quippè eſt, ſi ex falſa uulgi opinione uelimus Romanos ciues eſſe duntaxat eos, qui ciuitatis Romanæ muris continentur, Romanam nobilitatem ac nomen, ſicut illorum uirtutem, à priſtino illo ſtatu & decore, (diffuſis per omnes penè mundi prouincias ac diſsipatis Romanis) plurimum degeneraſſe. At quidem ſi Romanos ciues dixerimus eos (quod & generali lege fieri cauetur) qui in orbe Romano ſunt, imperioq; Romano obediunt, iuxta textum in.d.l. In orbe Romano.ff.de ſtat.homin.in.l.Roma.ff. ad municipal.cum ſimilibus. Item ſi uenerationem & obſeruantiam in tota fermè Europa legum Romanarum, ſermoniſq; identidem Romani cõtemplabimur: profectò Beroaldi iniuſta ex omni parte erit aſſeueratio. Quando etiam Beroaldus ait: rem ſe quã uerba (quoniam ſolis Germanis uix nunc imperat Cæſar) in denominatione Imperatoris maluiſſe ſequi: æquè iuris ciuilis imperitia ſupinè labitur. Errorem etenim uulgi, non ipſam rem, eſt complexus. Porrò eum, qui ex Germanis Rex Romanorum hodie eligitur, & Reipublicæ Romanæ Imperator legitimè præficitur (licet fortè extra Germanos fines populi, prouinciæ, & Reges nulli eius mandatis parere de facto ac per iniuriam uelint) cunctis mundi Regibus atq; populis iuſtiſsimè imperare poſſe, paulò ante affatim oſtendi. Vndè apud uiros doctos, qui Iuriſprudentiam rectè

tenent,

tenent, non eſt par ratio, aut bona argumentatio: Non obediunt Cæſari niſi Germani, Ergò Germanorum ſolùm eſt Imperium, ſeu Imperator. † Nam non tantum inſpicere obſeruareq́ nos oportet quod iniuſtè fit, quantum id, quod iure fieri deberet: ſiquidem duo hæc, obedire, & obedire debere (quamuis de facto non obediatur) æquipolleant inuicem: quemadmodum paria ſunt, aliquid te ſcire, aut ſcire debere, licet neſcias.l. 3.§. clam facere. ff. quod ui aut clam.l. Quod te. in fi.ff. ſi cert. petat.l.ſed etſi pupillus.§.Proſcribere. ff.de Inſtitor. actio. Proindè etſi permulti iniuſtè ac de facto non parent Cæſari Romano, quia tamen parere omninò deberent: † conſequens eſt, deſignatum ex Germanis Cæſarem non unius duntaxat prouinciæ Germaniæ eſſe moderatorem: ſed uniuerſi orbis atq́ Romanæ Reipublicæ eſſe & dici (accedēte Pontificis Maximi decreto atq́ coronatione) merito Imperatorem.

258. 259.

Dicendum nobis poſtremò erat de ualiditate donationis Conſtantini factæ Eccleſiæ Romanæ: Ceterùm quod nos pietatis amantes ſumus, libenterq́ Eccleſiarum præſulibus ac miniſtris (quò diuinus cultus per eos honorificentiſsimè haberetur, quò pietatis opera fierent plurima, pauperes Chriſti in timore Domini & lege ſtudioſiſsimè educarentur, deniq́ pax & cōcordia cū in Eccleſia tū in Romani Imperij Republica ſtrenuè retineretur, omniaq́ rectè ad Dei gloriā peragerētur) ampliores

ampliores uideremus opes: inutile fore putaui, illam quæſtionem in præſentia pluribus tractare. Ad priuilegia militum redeo.

260. Diſpiciamus nunc poſtremò, † num militum miniſtri, puta ſcribæ nec non apparitores, quorum etiam nomina in album militare ſint relata, gaudeant militaribus priuilegijs. Et non gaudere ijſdem priuilegijs eſt reſcriptum in.l.ſcriniarios.C. de milit.teſtam. Item de caduceatoribus, cornicularijs, atque id genus militum miniſtris dicendum uidetur: quoniam & hi inter officiales huiuſmodi cõnumerantur.l. i. l. iij. ſecundum gloſſam ibi. C. de apparitor. præfec. prætor. Lib. 12.

261. † Quare Baldus in. d.l.ſcriniarios.referebat iſtam deciſionem ad notarios quoque uniuerſitatis ſcholarium exiſtimans; ſcribas non gaudere (licet in Matricula Studioſorum nomen eorum eſſet relatum) immunitatibus ſtudiorum cauſa conceſsis: quorum mentio eſt in Auth. Habita. C. nè fili. pro patre. Illud ipſum de Pedellis Vniuerſitatũ identidem affirmant Iacob. Butrigarij & Angelus in præallegata.l. ſcriniarios. per illum textum.ibi, qui Magiſtrorum militum iuſsionibus uel actibus obtemperant &c. Niſi ſecundum eos quis eſſet Pedellus ſeu Notarius Gymnaſij & Scholaris ſimul: quia Profeſſorum Lectiones cotidianas uiſitaret, in alijſque Scholaſticorum exercitijs uerſaretur: Tùm priuilegijs ſcholarium & ipſe meritò uti poſſet, argumento eorum, quæ inibi gloſſator ſcribit in uer.

Nullatenus

Nullatenus.in fi.&.l.ult.ff.eod.de milit.teſtam.Quos & Caſtreſis ibi in principio facile ſequitur.

Verùm contradicere concluſioni Doctorum uidetur tex. in proœmio digeſtorum, in.§. ultimo.incipiente.Quæ omnia.&.§.præcedenti; cuius initium eſt, & hæc quidem omnia. ubi ſcriptores librorum gaudere priuilegio fori ſcholaſtici eſt conſtitutum. † Præterea non ſunt pedelli repræſalijs (ut noſtrates loquuntur) pro Republica aut pro ciuibus, ſicut nec ſcholares, onerandi. Auth. Habita. ſub eius initium.ibi,tam ipſi quàm eorum nuncij.C.nè fili.pro patre. Quo loco & Baldus idipſum tradit. Quamobrem pro uera ſolutione dices: non eſſe neceſſariam propoſiti argumenti conſequentiam: ſcribæ uel pedelli Gymnaſiorum immunes ſunt à repræſalijs, aut fori iudicialis præſcriptione, quemadmodum & ſtudioſi: Ergò omnia illi habent ſtudioſorum ſiuè uniuerſitatis, cui inſeruiunt, priuilegia. Nam, uti Alex.percommodè explicat,pleraq; priuilegia militibus tam cæleſtis militiæ, quàm terreſtris conceſſa, ad eorum famulos & mercenarios nonnunquàm pertinent. l. ij. C.de Epiſcop.& Cleri.l. Inter eos.§.i.ſecundum unum intellectum ibi in gloſſa in uer.non abeſſe. ff. ex quibus cauſis maior.l.Non alias. §. legati. ff. de iudici. gloſſa in. l. Reſtituendæ. in uer.pro uoto.C.de aduocat.diuerſ.iudicum. & tamen prædictorum famuli nequeunt iure militari elogia condere,d.l.ſcriniarios.C.eod.Etenim in his,quę ſunt 262.

contra ius commune (prout certè priuilegia ſunt) non eſt permiſſa extenſio de uno caſu ad alterum. l. Ius ſingulare. ff. de legib. In ſententiam Alexandri lubens uenio: quia uidemus aliàs quòd familiares & mercenarij militum non habent beneficium reſtitutionis in
263. Integrum: † quamuis uxores militum atq; eorum medici pro illo tempore, quo cum militibus in caſtris uel in profectione fuerunt, illud reſtitutionis beneficium habeant. l. i. l. ij. C. de uxorib. milit. l. Inter eos. §. militum medici. ff. ex quibus cauſis maior. Summam itaq; huius diſputationis eò pertinere
264. dicimus: † ut niſi lege fuerit ſpeciatim cautum, priuilegijs militum aut aliorum neminem preter lege comprœhenſos uſurum. De his hactenus.

Ad laudem Dei omnipotentis eiuſq; æterni filij, & Glorioſæ matris uirginis Mariæ. Amen.

INDEX PRIMI LIBRI
de Romano Imperio.

A.

ALciatum reprehendi in narratione hiſtoriæ tranſlati ad Germanos Imperij. nu.243.

Alciatus in Procopij hiſtoria reprehenſus. nu. 228.

Alienationem bonorum Imperij á Cæſare inter Imperio ſubiectos factam, non adeo detrimentoſam Imperio eſſe poſſe. nu. 162.

Alienationes Imperij Romani per legem Regiam Cæſari interdictas. nu. 171. & nu. 173.

Alienationes bonorum Imperij a Cæſare factas etiam iuramento confirmatas permultis rationibus inefficaces iudicandas. nu. 185. & nu. 183. 187. 189.

Aquilæ Romanæ bonum ius non deeſſe. Sic utinam bonis inſtructa foret plumis. nu. 148.

B.

Bellum glorioſum paçe turpi optabilius. nu. 1.

Beroaldum de Romano Imperio ipſiſq; ciuibus Romanis malé ſentientem grauiter reprehenſum. nu. 257.

Bona quenq; defendere ſua legibus Imperij Romani (nu. 233.

C.

Cauſa priuilegij ceſſante, exolere & priuilegium. (numero 54.

Cauſam ita influere in ſuum cauſſatum, ut quicquid ſit in cauſa cenſeatur ineſſe cauſato. nu. 155:

Cauſam priuilegiorum militibus conceſſorum fuiſſe defenſionem Romani Imperij. nu. 55.

Cenſum Imperator Regnis, Prouincijs, aut Ciuitatibus poteſt iure ſuo remittere, neq; ideo minus loca illa Imperio erunt in reliquis ſubiecta. nu. 226.

Ciues Romanos illos quoq; eſſe, qui tametſi ſubeſſe Imperio non dicantur, legibus tamen Romanorum uiuunt. nu. 118.

Ciues Romanos omnes illos cenſendos, qui in orbe Romano ſunt, atq; Cæſari obediunt: nu. 105. imo etſi non obediant, dummodo legibus Romanis uiuant. nu. 118.

Ciuibus ciuitatis datum, ipſi Ciuitati datum intelligi. (nu. 106.

Ciuitatem optimam illam, in qua uirtuti præmia plurima propoſita ſint. nu. 164.

Ciuitates, uiros eſſe, non ſolitudines. nu. 107.

Ciuitates & loca Romani Imperij non deſinere per infeudationem eſſe Imperij, tametſi iuriſdictio talium locorum uaſallo ſit commiſſa. nu. 168.

Ciuium genera in Republica eſſe tria: & quodnam optimum. nu. 235.

Clericos militibus bellicoſis æquiparari. nu. 17.

Clericos á familiari conuerſatione mulierum abſtinere, Ciuili & Canonica lege iuberi, nu. 18. *Et cur, habes in ſequenti.* 19.

Clericos & Sacerdotes militiæ cæleſtis eſſe milites: qui & portio ſeu hæreditas Chriſti dicantur, proq; Regibus & populo Chriſtiano preces coram Deo fundere debeant. nu. 16.

Clericos promptiores eſſe in cultu Dei & miniſterio Eccleſiæ ſegregatos á mulierum conuerſatione. nu. 19.

Conſiliarios ſummi Principis partem corporis illius cenſeri. nu. 108.

Conſuetudinem uel præſcriptionem, quæ ſit cõtra neruum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, prorſus reijci. nu. 124.

D.

Declaratio ad Bartolum in. l. i. §. ultimo. ff. de rei uendicatio. dicentem, quód Imperator ſit uerus dominus totius mundi in uniuerſo. nu. 222.

Declaratio ad. c. per uenerabilem. §. uidebatur, in uerſ. Inſuper, extra qui filij ſint legiti. nu. 227.

Declaratio ad. l. Centurio. ff. de uulg. & pupill. (nu. 45.

Declaratio ultra Doctores ad. l. Quanquam. ad. l. 1. nec non & ad. l. in teſtamento. la. 1. C. de milit. teſtam. (nu. 43.

Deficientes ab Imperio Romano, hoſtium numero habendos. nu. 115.

Deficientes ab Imperio Romano, hoſtes Imperij fieri, & quæ iuris Ciuilis ſunt Romanorum perdere. (nu. 38. & nu. 88.

Delinquentibus leges beneficia ſua nõ tribuere. nu. 86.

Deſtinatione animi quæ agi oportet, non niſi ex certa ſcientia poſſe confici. nu. 42.

Doctores legum Romanárum, earum peritos minimè decere Romanum Imperium ipſius legibus delere niti. (nu. 252.

E.

Eccleſiam & Imperium fraternizare. nu. 126.

Eccleſiam minori comparari. nu. 178.

Eccleſiam Imperij Romani eſſe Matrem. nu 177.

Electores Romani Imperij, ſeptem Principes Germanos, á Gregorio 5. annum Chriſti circiter Milleſimum deſignatos fuiſſe: reiecta nimirùm contraria quorundam Neotericorum de eo opinione. nu. 244.

Equites auratos pro debito contractus aut ultimæ uoluntatis carceri non poſſe includi. nu. 75

Equites

Equites auratos tormentis & quæſtionibus in iudicio non ſubijciendos: neq; plebeiorum pœnis propter admiſſa crimina puniendos. nu.73.

Equitibus auratis reuerentiam ab inferioris ſortis hominibus deberi. nu.74.

Equitibus auratis, qui armatæ militiæ non incumbunt, prærogatiuis militum non gaudere. nu.69.

F.

Factum lege permittente pœnam non mereri. nu. 96.

Falcidiæ in militum legatis non eſſe locum. nu.31.

Feudorum Romani Imperij dominium directum penes idem Imperium, uti ante infeudationem fuit, in poſterum remanere. nu.167.

Fidem in malis promiſsionibus, etiam á Regibus, non eſſe ſeruandam. nu. 197.

Firmius eſſe quod iure communi, quám quód iure ſpeciali nititur. nu. 39. & *quonam pacto id accipiendum.* (nu.48.

Florentinos obedientiæ Romano Imperio debitæ non præſcripſiſſe. nu.122.

Francos eorumq; Reges in terra Gallia ui & iniuria ab obedientia Imperij Romani ſe ſubtraxiſſe, neq; ideo magis liberos eſſe. nu.255.

G.

Gloriari de non obediendo Imperio Romano, amarulentum atq; infauſtum eſſe. nu. 256.

H.

Hæredibus á Pagano inſtitutis factionem teſtamenti tribus temporibus eſſe debere: in militis autem hærede ſemel tantum, ſi adſit ſufficere. nu. 11

Heredem etiam perſonam turpem inſtitui á Pagano poſſe: á milite uerò mulieri, in qua poßit turpis cadere ſuſpitio, nihil quicquam poſſe relinqui. nu. 12. *& quæ ſit ratio, habes.* nu. *ſequenti.* 13.

Hæreditatem in eodem teſtamento dari ac mox ſubiecta exhæredatione adimi per militem poſſe. nu. 32.

Hæres in militis teſtamento poteſt etiam deportatus inſtitui. nu. 9.

Hoſtes Imperij Romani illos protinus fieri, quibus á Cæſare uel Imperio bellum publicè indicitur, aut per quos Cæſari uel Imperio publicè decernitur, iuſtæ aut iniuſtæ cauſæ indicendi belli non habita ratione. nu. 90.

I.

Imperator quando dicatur ea præcipere, quæ uerbo Dei manifeſtè contradicant: & quando aliquid ſupra ſuam iuriſdictionem iubere. nu. 95.

Imperator

Imperator deſignatus inter cætera iurare debet, ſe non diſtracturum Imperij iura & ſe honorem Imperialis coronæ ſeruaturum. nu. 184.

Imperator cur olim & hodie tribus coronetur infulis. nu. 248.

Imperatorem Ciuitates, Regna, populos, aut loca Imperij Romani neq; pacto neq; priuilegio ullo ab obedientia eiuſdem Imperij eximere poſſe. nu. 169. *ac proinde pactum de his etiam iureiurando munitum aut priuilegium ipſo iure non ualere, ut* nu. 172. 175. 183.

Imperatorem fluminibus publicis, cæteriſq; Iudicibus in auferendo res uni et dando alteri comparari. nu. 160.

Imperatorẽ uicariũ Dei eſſe in temporalibus. nu. 204.

Imperatorem tutori comparari: qui rerum pupillarium Dominus non ſit, ſed loco Domini tantùm habeatur. nu. 158.

Imperatorem per legem Regiam á populo Romano conſtitutum fuiſſe pro legibus, Romanaq; Republica tuendis, non autem deſtruendis. nu. 174.

Imperatorem eſſe Eccleſiæ Catholicæ militem ac defenſorem, ſicuti Imperatoris Vaſalli Principes ſunt milites atq; defenſores: idemq; fidelitatis iuramentum ab utriſq; fermè præſtari. nu. 66.

Imperatorem eſſe mundi Dominum, adminiſtratione

ſcilicet, protectione, & iuriſdictione, non etiam directo dominio aut proprietate: Id quod non ſolum communi prudentum iudicio, ſed & hiſtoriarum fide comprobatur, ut (nu. 149. 150. 151.

Imperatorem ex Germanis deſignatum (accedente Pontificis Maximi coronatione) uniuerſi orbis eſſe & dici meritò Imperatorem. nu. 259.

Imperatorem, ratione uniuerſalis ſuæ iuriſdictionis ac adminiſtrationis, poſſe non ſolum ea, quæ iuris publici ſunt, ſed & priuatorum bona uni ſubditorum pro arbitrio ſuo auſſerre & alteri dare. nu. 159.

Imperatorem Tyrannum á ſenatu populoq; Romano, Eccleſiæ auctoritate interueniente, magiſtratu poſſe deijci, atq; armis in ordinem cogi. nu. 93.

Imperatorem Romani Imperij bona diſtrahentem, facere contra communem totius Romani Imperij ſocietatem, contraq; adeo ſuum officium. nu. 182.

Imperatorem ſubeſſe Pontifici maximo cum Regibus ſibi ſubiectis. nu 205.

Imperatori ſubditos loco filiorum eſſe. nu. 99.

Imperatori euidenter ac notoriè quid contra Dei præcepta iubenti, iure reſiſti. nu. 91.

Imperatori nõ plus iuris eſſe in diſtrahẽdis Imperij Romani bonis, ac tutori in alienandis pupilli rebus. nu. 179.

Imperatori

Imperatori ius eſſe pro libitu diſtrahendi bona Imperij Romani inter Imperio ſolúm ſubiectos. Id quod de priuatorum quoq; bonis, de uno in alterum transferendis, ſentiendum eſt. nu. 161.

Imperatori quid iurisdictionem ſuam excedens præcipienti, impunè non obediri. nu. 92.

Imperatoris contractum pro generali lege eſſe ſeruandum. nu. 145.

Imperatoris boni officium. nu. 187.

Imperatoris eligendi cauſam initio fuiſſe neceſſitatem conſulendi Romanæ Reipublicæ: non autem populi Romani munificentiam. nu. 154.

Imperij Romani non nudum ſolummodò titulum ſed adminiſtrationem quoq; cum uniuerſali iurisdictione Germanos accepiſſe. nu. 246.

Imperij Romani moderationem à Græcis ad Germanos, non autem ad Gallos ſeu Francos, anno octingenteſimo à Leone tertio Romæ translatam. nu. 245.

Imperij Romani ciuitates et loca Imperatorē quibus uult ſubditis in Feudum pro perſonarum meritis concedere poſſe. nu. 163. *Quod limita & declara, ut.* nu. 165.

Imperio Romano deſerto, qui ſe ſolos tueri contendunt, longé ſpe ſua falli. nu. 214.

Imperio Romano non obedire, euerſionē Reipublicæ Chriſtianæ eſſe. nu. 218.

Imperium Romanum non prius uniuerſo in orbe interiturum, quam ius Ciuile Romanum cum lingua latina ubiq; uigere deſierit. nu.253.

Imperium Romanum adhuc hodie uigere, multis doceri argumentis. nu.247. & nu.248. *cum ſequentibus.*

Imperium Romanum non fuiſſe extinctum, ubi Alarichus Gottorum Rex anno Chriſti 412. *urbem cæpit, inconfeſſo eſſe.* nu.250.

Imperium Romanum directum & ſimplex non fuiſſe Octauiano Auguſto uel alijs in Imperio ſucceſſoribus conceſſum: Sed Subimperium duntaxat, ac eius procurationem & patrocinium, ex Cornelio Tacito, Strabone, Herodiano, ex propria deniq; Caroli magni Cæſaris uoce oſtendi. nu.151.

Imperium Romanum neq; urbis mænijs includi neq; in perſona unius uel plurium Imperatorum conſiſtere: ſed uniuerſo in orbe ita contineri, ut animam in corpore humano. nu.251.

Imperium Romanum & Eccleſiam ab uno eodemq; principio deſcendere, inuicemq; ob maximam inter ſe cognationem æquiparari. nu.176. & 224.

Imperium Romanũ non proprietatis aut dominij iure, ſed ſola adminiſtratione (intellige, protectione etiam ac iurisdictione) ad Cæſarem pertinere, pluribus legibus tradi. nu.156.

Imperium

Imperium Romanum, ratione proprietatis uel dominij, Imperatoris non eſſe, permultis rationibus demonſtrari, á nu. 152. uſq; ad numerum. 155.

Indicendi cuiquam belli poteſtatem eum, qui eſt Romano Imperio ſubiectus, non habere. nu. 109.

Indignos Reges, populos, aut Principes cunctis Romani Imperij honoribus ac beneficijs, qui á Cæſare moniti obedientiam eidem nihilomagis præſtant. nu. 143.

Indulgentiam teſtandi pleniſsimam militibus conceſſam non eó pertinere, uti per eam ius ſuum cuiquam poſsit detrahi. nu. 10.

Indultum Cæſaris contrarium legibus non ualere. (nu. 190.

Inobedientia nullum eſſe maius malum. nu. 237.

Inſignia teſtari, rem eſſe illorum, quorum inſignia ſunt. (nu. 249.

Inſpiciendum quod fieri iure debet, non quod fit de facto. nu. 258.

Inſtitui in Codicillis hæres á milite poteſt: quamuis nulli hominum id alias ſit conceſſum. nu. 25.

Intelligi, uerbum, improprietatis eſſe ſignificatiuum. (nu. 157.

Iuriſdictionem Imperij Romani ſupremam in eo re-

 gno,

gno, dominio, aut prouincia adhuc hodie retineri, ubi Romanæ leges docentur. nu. 132.

Iuriſdictionem Imperij Romani ſupremam ibi hodie adhuc uiuere ubi latina lingua colitur. nu. 135.

Iuriſdictionem uniuerſam in illos á Cæſare retineri, qui leges Romanas ſaltem obſeruant, licet in reliquis Cæſari non obtemperent. nu. 119.

Iuriſdictionem de facto exercentes & exercentes de iure, non æquiparari regulariter. nu. 117.

Ius accreſcendi in militis teſtamento nullas habere uires. nu. 35.

Ius ſibi dicere in propria cauſa, ubi ſuperiorem ſuum adeundi copiam habet, neminem poſſe. nu. 110.

L.

Latina lingua leges Romanas uniuerſo orbi præſcriptas, ſimulq; ut populi latinam linguam callerent neceſſario præceptum. nu. 133.

Latinæ linguæ laus & gloria immortalis. nu. 134.

Legem hominum uitam beneficijs demereri cupere. (nu. 239.

Legem nouam (niſi eximia eius atq; euidens fuerit utilitas) ex Seuero Zaleuci decreto non eſſe ferendam. nu. 186.

Leges

Leges Romanas earumq; commoda duplici ratione ad eos nō pertinere, qui Romano Imperio ſubeſſe aut obedire nolunt. nu. 112.

Quod & de hoſtibus Imperij dictū quoq; puta. nu. 114.

Leges cuiquam ludibrio eſſe non debere. nu. 113.

Leges adinuētas lataſq; à Romanis pro incremēto Imperij nō poſſe præſcriptioni cōtra Imperiū fauere. nu. 128.

Leges Romanas præſcriptioni inobedientiæ aduerſus Imperium manifeſta ratione auctoritatem non tribuere. nu. 123. & nu. 128.

Lex ciuilis non poteſt iuriſgentium uel naturæ impedimenta tollere. nu. 8

Libertatē nimiam in ſeruitutē euadere nimiā. nu. 241.

Libertatem nō parendi Romano Imperio, an cuiquam Cæſar concedere queat. nu. 144.

Poſt diſputationem utrinq; habitam deciditur tandem quod Cæſar id nullo iure nullaue ratione poſſit, ſub. nu. 149. 150.

M.

Magiſtratus eſſe, ſubditos ab aliorum inſidijs tueri. nu. 98

Miles unde dictus ſit. nu. 4.

Miles quis ſit. nu. 2.

Miles in dubio an iure communi uel potius iure militari uelle teſtari ſit credendus. nu. 37.

Deciſam habes quæſtionem contra ſcribentes alios. (nu. 41.

Militarem diſciplinam charitati liberorum prætuliſſe parentes Romanos. nu. 15.

Militem neq; in expeditione neq; in caſtris exiſtentem iure tantum communi poſſe teſtari. nu. 22.

Militem decedere cum duobus Teſtamentis ualidis non prohiberi. nu. 28.

Militem filio impuberi (tametſi nullum ſibi fecerit teſtamentum) ſubſtituere poſſe, contra iuris communis regulas. nu. 27.

Militem (ſi uelit) pro parte teſtatum & pro parte inteſtatum rectè decedere. nu. 33.

Militem filio puberi inſtituto, aut etiam extraneo hæredi, ſubſtituere directo poſſe. nu. 29.

Militem in his, quæ uel turpia uel contra prætoris edictum ſunt, aut bonis moribus contraria, nullo magis, quam Paganum, gaudere priuilegio. nu. 36.

Milites Cæſaris mercenarios omnibus militum priuilegijs hodie dignos haberi. nu. 80.

Milites noſtri temporis etſi ueri milites non poſſent dici: attamen ſi in illis eadem periculorum atq; laborum pro Republica

Republica ſit ratio, quæ in militibus Romanorum olim fuit, eo ipſo iure & immunitatibus Romanorum militum gaudere debent. nu 61.

Milites Regum, aut Ciuitatum, uel Principum, qui Cæſare ipſo inferiores ſint, an & quando prærogatiuis militaribus gaudeant. nu. 81. et nu. 82. 83. cũ ſequentibus.

Milites ſubditorum Imperio Romano, bellum ciuile inuicem gerentium, & uero militum nomine et priuilegijs militaribus omnino carere. nu. 88.

Milites etiam aliorum, quam Cæſaris, Ciuitates ſeu Feuda Romani Imperij defendentes omnibus militaribus priuilegijs frui. nu. 97.

Milites collectos pro defenſione Feudorum Imperij aduerſus Cæſarem inſtituta, omni priuilegio militari una cum ſuis Dominis carituros. nu. 89.

Milites noſtri temporis, qui militiæ operam non dant, poſſe pro alijs procuratores in iudicio exiſtere. nu. 53.

Milites etiam noſtri temporis non poſſe in iudicio torqueri, aut conuictos de crimine pœnis plebeiorum adfici. nu. 57. Quod priuilegium & ad equites auratos pertinere conſtat, uide. nu. 73.

Milites, qui ſolo nomine ſunt, militiæq; munia non obeunt, prærogatiuas militum non habere. nu. 56. & nu. 68.

Milites olim cum ſolennibus Romanorum Cæremo-

nijs creatos fuiſſe: quibus & priuilegia militaria fuerunt conceſſa. nu.52.

Milites etiam hodie pro debito contractus uel ultimæ uoluntatis non poſſe in carcerem trudi. nu.58. Quod & ad equites auratos pertinet, ut ſub nu.75.

Milites, rectè uocari nautas & remiges, qui in Claſsibus degunt, nec nõ et nocturnos ciuitatis excubitores. nu.59. Quod declara, ut nu.78.&79.

Milites ex uetere Romanorum diſciplina in ſuis contubernijs carere mulieribus debuiſſe. nu.14.

Milites noſtri temporis an militaribus gaudeant priuilegijs, latiſsimè diſſeritur. nu.51.& nu.67.68.

Milites actu militantes gaudere militaribus priuilegijs: quanquam ueterani, qui militia miſsi ſunt, nonnulla quoq; retineant. nu.49.

Milites eius, qui eſt Romano Imperio ſubiectus, lectos ad inferendum bellum ciuitatibus aut Feudis Imperij, militaribus priuilegijs ſimulq; militum nomine una cum eorum auctore prorſus indignos. nu.111.

Milites, qui in præſidio celeberrimi Ingolſtadienſis oppidi ſunt, omnibus militum Romanorum priuilegijs debere frui. ibidem.

Milites præſidiarios Feudorum aut ciuitatum Imperialium omnibus militum Romanorum priuilegijs meritò frui. nu.104.105.106.

Milites conſtitutos pro defenſione locorum, ſola etiam legum obſeruantia Romano Imperio ſubiectorum, immunitates militum Romanorum habere. nu. 120.

Militibus tantummodo illis, qui Romano militarent Imperio, immunitates & prærogatiuas ampliſsimas fuiſſe elargitas. nu. 142.

Militis perſonam in teſtamento conficiendo quatuor gaudere priuilegijs. Capite enim damnatus ex delicto militari (periurio excepto) Item de ſtatu ſuo dubitans, aut mutus & ſurdus etiam à natiuitate, uel filiusfamilias teſtari poteſt. nu. 7.

Militum duas tántummodo ſpecies á Doctoribus conſtitui: uerùm tres hodie eſſe in Romano Imperio, auctor nouè demonſtrat. nu. 64.

Militum ordo primus Vaſallos Principes continet: Secundus milites auratos: Tertius eos, qui ſtipendijs merent. nu. 65.

Militum pleniſsimam quoquo modo uellent & poſſent teſtandi licentiam indultam: quæ uerumtamen certis includatur finibus. nu. 5.

Militum quoſdam maiores, quoſdam minores, in Imperio eſſe. nu. 63.

Militum creandorum obſeruationes iure communi deſideratas, magna ex parte per deſuetudinẽ abrogari potuiſſe. nu. 3.

Miniſtros militum, ſcribas uel apparitores, quorum etiam nomina in numerum militum ſint relata, priuilegijs militaribus non gaudere. nu.260.

Mutare ſibi titulum poſſeſſionis neminē poſſe. nu.254.

N.

Notarios atq; pedellos uniuerſitatum ſeu Gymnaſiorum, priuilegijs ſcholarium nō gaudere, tametſi eorū nomina in matriculam ſtudioſorum ſint relata: niſi huiuſmodi miniſtri & ipſi ſcholares quoq; eſſent. nu.261.

Notarios & pedellos uniuerſitatum immunes eſſe à repreſalijs quibuſcunq;, ac ſtudioſos ipſos. nu.262.

O.

Obedientiæ metu ſeu uinculo ſublato & in ciuitate & in exercitu nihil benè habere. nu.219.

Obedientiæ ſupremo Principi debitæ nullo unq; tempore præſcribi poſſe. nu. 121. & nu. 127. cum multis ſequentibus. & rurſus. nu. 136. 137. 138.

Obediendum non eſſe ſummo Principi quid contra Deum manifeſtè aut contra ſocietatem ciuitatis uel officium ſuum præcipienti. nu. 181.

Obedire uni ſupremo magiſtratui in communi uniuerſorum conditione, libertatis quandam eſſe ſpeciem. (nu.140.

Obedire

Obedire communi patriæ cum iure gentium tum iure Ciuili oportere. nu.189.

Obedire Cæſari Reges, Populos, et Principes nonnullos ob hanc quoq; rationem recuſare, quòd aſſerant non eſſe hodie amplius Romanum Imperium ſed Germanicum duntaxat. nu.242.

Obedire nolentibus Romano Cæſari Eccleſiam ſummumq; Pontificem fore Iudicem. nu. 220. & quid in ea cognitione Pontificem facere oporteat. nu.222.

Obedire Cæſari de facto abſq; ulla rationis allegatione nolentes, puniri debere, omnibuſq; legum Romanarum beneficijs carere. nu.116.

Obedire ſupremo uni magiſtratui, non poteſt ulli Regum, Principum, aut Ciuitatum iure diſplicere. nu.139.

Octauianum Auguſtum ingens & lautum ipſius Patrimonium pro Romano Imperio inſumpſiſſe. nu.188.

Octauianum Auguſtum, ſe dominum appellari uetuiſſe. nu.153.

Oldradus grauiter reprehenſus, quód in Romanum Imperium ſcurriliter ſit debacchatus. nu.229.

P.

Pacta Cæſaris, quibus res Romani Imperij fuerunt diſtractæ, non eſſe ſeruanda. nu.196.

Pacta Cæſaris liberatoria ab obedientia Romani Imperij non ualere, & priuilegia huiuſmodi identidem imbecilla eſſe. nu.201.

Pactum contra bonos mores initum, non eſſe ſeruandum. nu.191.

Pactum de non obediendo patriæ, contra bonos mores præ cæteris eſſe. nu.192.

Pactum adimens timorem maleſaciendi, turpem cauſam continere dici. nu.193.

Pactum in perniciem Reipublicæ factum non eſſe ratum habendum. nu.198.

Papam & Epiſcopos eſſe rerum Eccleſiaſticarum duntaxat adminiſtros: quibus talium rerum alienatio ſit interdicta. nu.220.

Patri, matri, atq; parentibus, quid debeamus. nu.194.

Patriæ quæ & qualia ex Platonis decreto debeamus obſequia. nu.211.

Patriæ inimicum, in amicitiam ab aliquo non eſſe recipiendum. nu.209.

Patriam defendenti non eſſe indecorum mori. nu.210. (& nu.213.

Patriam parentibus omni loco & tempore præferendam. nu.195.& nu.212.

Plenitudine poteſtatis in dubio non credi Principem uti. nu.40.

Pontificem

Pontificem maximum eſſe populi Romani uerticem ac cerebrum. nu.94.

Pontificem Romanum, ubi periculum animæ uertitur, Iudicem eſſe. nu.221.

Pontificis Maximi officium in cognitione cauſæ illorum, qui Romano Cæſari & Imperio obedire nolunt, quale. nu.222.

Populos omnes ſubeſſe de iure Romano Imperio: licet nonnulli ſubeſſe per iniuriam recuſent. nu.200.

Populos, qui nolunt Romano Imperio ſubeſſe, delinquere, atq; ob id puniri debere. nu.202.

Poſſidere ſeipſum nemo poteſt. nu.138.

Præeſſe aliquem oportere, ut homines durare poſſint incolumes. nu.238.

Præſcribere ſupremæ poteſtati Pontificis Maximi Senatum Cardinalium nullo æuo poſſe. nu.129.

Præſcriptionem libertatis ac inobedientiæ aduerſus Romanum Imperium allegantes ſe Romano Imperio eſſe ſubiectos neceſſario fateri. nu.130.

Præſcriptionem inobedientiæ aduerſus Cæſarem allegantes, officij ſui ſerio commonefaciendos. nu.141.

Præſcriptionem, quæ contra Romani Imperij neruum eſſet, ſicuti contra neruum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, nihili planè faciendam. nu.125.

Præſcriptionis beneficio, quod ex legibus Romani Imperij mihi competere adſero, aduerſus Romanum Imperium, eo inuito uti nequeo. nu. 131.

Præſumptio iuris transfert munus probandi in aduerſarium. nu. 44.

Præteritionem ſui filij in teſtamento militis pro tacita exhæredatione haberi. nu. 23

Priuilegia his lege denegari, qui munus, quod profitentur non implent. nu. 70.

Priuilegia in elogijs condendis militibus conceſſa, uerſari circa perſonam ipſius militis teſtantis, nec non & hæredis inſtituti, ſeu etiam legatarij, circaq́; teſtamenti formam, & ipſius diſpoſitionis ſubſtantiam. nu. 6.

Priuilegijs militum aut aliorum neminem præter ſpeciatim lege compræhenſos uſurum. nu. 264.

Procuratorem in rem ſuam ſemel conſtitutum non poſſe á domino poſtea reuocari. nu. 103.

Proteſtatio auctoris prædicentis, ſe nolle quenquam á ſe leſum iri. nu. 147.

R.

Ratio noua ad. l. ſi certarum. in prin. ff. de milit. teſtam. (nu. 46.

Rationē, deficiente lege, pro lege ipſa ſeruandā. nu. 20.

Rectores

Rectores Gymnaſiorum plus æquo faciles in concedendis iuuentuti teſtimonijs, officij ſui acriter commonefieri. nu.72.

Reges, Populos, et Principes cunctos de præſtanda Cæſari obedientia interpellatos (ſi cõtumaces nihilominus eſſe pergãt) unà cũ ſuis militibus, priuilegijs militaribus alijſq; Romani Imperij beneficijs carituros. nu.207.

Reges, Populos, & Principes omnes requiſitos á Cæſare obedientiam illi præſtare (ſi contumaces non obediant) peccare mortaliter. nu.206.

Reges omnes atq; Franciæ quoq; Regem Romano Imperio ſecundum communem Doctorum ſententiam de iure ſubeſſe. nu.203. & nu.204.205.

Rempublicam pupillis comparari. nu.180.

Rempublicam ſeruari, ubi Reipublicæ leges ac monita cuſtodiuntur. nu.236.

Republica pereunte, unius ciuis ſalutem non poſſe magis conſiſtere, ac unius digiti, corrupta manu, aut nauigantis, confracta naui. nu.215. & nu.217.

Reſtitutionis in integrum beneficium uxores & medicos militum pro eo tempore habere, quo cum militibus in caſtris uel in profectione fuerunt. nu.263.

Reuerentiam debitam non poſſe partium conuentione remitti. nu.199.

Rex Gallorum Chriſtianiſsimus, an ſubſit Romano Imperio. nu.146.

Romano Imperio, legum ſcilicet auctore, per Oldradum damnato, leges Romanæ ab eodem probari non potuerunt. nu.230.

Romanorum genus fœlix, armorum uirtute et legum obſeruantia omnibus gentibus in æternum dominari promeruiſſe. nu.234.

Romanorum Monarchiam optimo iure niti. nu.231.

Romanos ſuis uirtutibus promeruiſſe orbis obtinere Imperium. nu.232.

S.

Scientes bona eſſe aliena, illis nullo tempore præſcribere. nu. 170.

Speciali iure competentium non habendam in dubio rationem: ſed eorum duntaxat, quæ á iure communi deſcendunt. nu.38. quomodo ſit intelligendum. nu. 47.

Studioſos illos, qui publicas profeſſorum lectiones non audiunt, immunitatibus Gymnaſij carere debere. nu.71.

Subditos Romano Imperio bella ciuilia inuicem gerentes (quamuis & Reſpublica ſic lædatur) hoſtes Imperij cum ſuis militibus minimé habendos. nu.87.

T. Teſtamentum

T.

Teſtamentum militis degentis in caſtris, non tamen in pugna uerſantis, duobus ad id rogatis teſtibus rectè confici: in bellica uerò pugna conſtituti abſq; ullis etiam uocatis ad id teſtibus quoquo modo iure perfici. nu.21.

Teſtamentum á milite in caſtris iure ſpeciali factum, intra annum á die miſsionis iure militari ualere. nu.50.

Teſtamentum militis non rumpi agnatione ſui hæredis, quæ fit per legem Velleiam. nu.24.

Teſtamentum militis iure ſpeciali factum nuda eiuſdem uoluntate poſſe aboleri. nu.26.

Teſtatum pro parte, & pro parte non teſtatum non poſſe paganum decedere, quomodo intelligendum. nu.34.

V.

Vaſallos uelut procuratores in rem ſuam á Domino conſtitutos, Feudorum cuſtodiam præſtare debere. (nu.101.

Vaſallos Imperij Romani uti procuratores in rem ſuam conſtitutos non ſolùm ignorante Cæſare, ſed etiam ſciente & non conſentiente, poſſe eiuſdem Cæſaris auctoritate Feuda tueri. nu.102.

Vaſallos Imperij unà cum bonis Feudalibus eſſe Imperio ſubiectos. nu. 166.

Vaſallus Dominum & uiciſsim Dominus Vaſallum ab aliorum iniurijs defendere debet. nu. 100.

Vaſallus Cæſaris ſeu Romani Imperij, colligens militem ad oppugnandum Cæſarem aut Imperium, quibus ſubijciatur pœnis. nu. 82. 83. 84.

Verba honoris obligationem non parere. nu. 77.

Verba enunciatiua in militis teſtamento diſpoſitionem inducere. nu. 30.

Verbis ſolis & nomini uacuo auctoritatem non indere Cæſarem. nu. 60. *Quod limita ut* nu. 76.

Vigiles ciuitatum, qui & famuli ſeu lictores ſimul magiſtratuum ſunt, priuilegijs militum non gaudere. (nu. 79.

Vtilitatem communem non eſſe á priuata ſciungendam: & cur. nu. 216.

X.

Xenophontis dictum de obedientia. nu. 208.

Libri primi finis.

FRAN-

FRANCISCI
ZOANNETTI
BONONIENSIS I. V. DOCTO-
ris Equitiſq; aurati, & Sacratiſſimi Impe-
ratoris Ferdinandi Primi etc. Conſiliarij,
in Celeberrimo Ingolſtadienſi Gym-
naſio ordinarij legum Pro-
feſſoris Primarij:

*De Primatu Prioris geniti Regum Magnorumq́;
Principum Romani orbis
Liber*

In.L.Cùm quid.ff.Si cert. petat;

De Duplici Venatione cùm
generali tùm ſpeciali
Noua Tractatio
In.L. In pecudum fructu; ff. de Vſur.
Ad
*MAXIMILIANVM SE-
cundum, Romanorum Regem Inuictum.*

CAPITA PRIMI HVIVS operis potiora.

Caput. I.

PRimatus inter fratres unde: & ab eo generalem orbis conſuetudinem, ut Primogenitus in Regno Patris ſolus ſuccedat, ortam: eiuſq; conſuetudinis rationem.

Caput II.

Conſuetudinem Primogenituræ ſuccedendi in Regno poſſe & in priuatorum bonis eadem nimirum ratione recipi: & reliquis fratribus quomodo Primogenitus proſpicere teneatur.

Caput III.

Succeßionem Primogenituræ deferri ab inteſtato: Regibuſq; de Regnis in teſtamento diſponere, eſſe nephas: id quod de Ducibus quoq;, Marchionibus, & Comitibus, qui ditiones habeant. Regalium dignitatum, eſt cenſendum.

Caput

Caput IIII.

Regnum quid ſit : & alienationes bonorum Regni quatenus Regi permiſſæ.

Caput V.

Legitimæ cauſæ, quibus Rex Primogenitum eius Regno priuare poteſt, quæ.

Caput VI.

Quibus ex cauſis Papa uel Imperator, Regem de Solio regali deijcere, aut Regis Primogenitum ſucceſſione Regni queat priuare.

Caput VII.

Ingreſſu Monaſterij Regnum, Pontificatum, Imperium, & quamlibet aliam principalem dignitatem eueſtigio amitti.

Caput VIII.

Cardinalis uel aliás Clericus ſecularis, qui Primogenitus Principis non ſit, an conſuetudine Primogenituræ ligetur, & per conſequens excludatur á ſucceſſione.

Caput IX.

Regio aliquo Principatu per Cæſarem ad primogenituræ legem erecto, ſi poſtea in confirmatione fortaſſis ſecũdi Principis idem Cæſar nullã Primogenituræ fecerit mentionem: num á primogenituræ lege cenſeatur receſſum, ut ex æquo filij Principis omnes in Principatu ſint ſucceſſuri.

Caput X.

Furore uel amentia correptus Primogenitus ſuceſſione Regni quando priuetur.

Caput XI.

Primogenitus quis dicendus.

Caput XII.

Qualem nam prærogatiuam primogenitus nepos ex primogenito filio habeat aduerſus Patruum in auito Regno: remiſſiuè.

Caput XIII.

Fæmina primogenita nullis extantibus maſculis an in Regno Paterno ſuccedat: remiſſiuè.

Sereniſſ.

DE PRIMATV PRIORIS GENITI REGVM, magnorumq́; Principum Romani orbis, Liber in .l. cùm quid. ff. ſi cert. petat.

Franciſco Zoannetto Authore.

PRIMATVS INTER FRATRES unde: & ab eo generalem orbis conſuetudinem, ut primogenitus in regno patris ſolus ſuccedat, ortam: eiuſq; conſuetudinis rationem.

Caput I.

CVM HOC LOCO de prælatione Doctorum uirorum inter ſeſe à noſtratibus ſtudioſè agatur, nempè in .l. cùm quid. ff. ſi certum pet. operæpreciũ me facturum exiſtimaui, ſi de prærogatiua quoq; fratrum &

gradu inter eos eminentiore conſimili allectus argu=mento ſummatim diſſeruiſſem. Hactenus etenim pau=ci ad primogenituræ ius (ut uocant) commentarios quandoq; edere ſunt conati: & illos etiam nullo ordi=ne, nulliſq; adeò certis finibus comprehenſos, ex omni autem parte imperfectos & mancos legimus: ut nec ex eis quid Primogenituræ lex iubeat, quid item uetet ac prohibeat, pernoſci queat. Quare quò rem propoſitam fœlicius auſpicemur, ſciendum cum primis erit, inter fratres natu grandiori prærogatiuam honoris, prima=tus, ac dignitatis quandam uel ipſo iure diuino debe=ri: quæ quidem prærogatiua in multis cernitur: uti poſt gloſſatorem Archidiaconus refert. in. c. Quàm periculoſum. in uer. primatus. 7. q. i. Sic & de primoge=nitis Iſrael à Deo ſanctificatis legitur in. c. Nec is. uerſ. Illud quoq;. 15. q. i. Geneſ. cap. 26. 27. Quod ſanè ius prælationis inter fratres cœlitus adinuentum Romana lex facilè probauit. l. ult. ff. de fid. inſtru. l. cum pater. §. pater pluribus & ibi Bar. per illum tex. ff. de legat. ij. l. ſemper. in prin. ff. de Iure immunit. Inde nimirum à uetuſtiſſimis uſq; temporibus profectam generalem uniuerſo in orbe conſuetudinem, ut ſuccedat in Re=gno paterno is filius, qui natu maior ſit fratribus cæte=ris, dubium nõ eſt; ſicuti & uſu quotidiano iugiq; ob=ſeruantia eſt compertum, & ex Iuſtini lectione in Per=ſico Regno eſt deprehenſum.

Non enim iure ſcripto, ſed inueterata conſuetudine

in ſcriptis

In ſcriptis poſtmodum redacta, qui primogenitus eſt, Regni dominium ſibi ſolus uendicat.c.licet.ubi Innocenti.Ioa.Andreę & Hoſti.per illum tex.ex.de uoto & uoti redempti.c.grãdi.de ſupple.negl.prælator.Lib.6.

Huius quippè conſuetudinis ratio quoq; in obſcuro non eſt: ſiquidem in unitate populi, & coniunctione animorum, ac corporum conſiſtat pax, ſalus, & bonum ipſius populi, uti prolixè docui in.l.ut uim.in iij. parte defenſionis. ff. de Iuſt. & Iur. Pax autem populi & unitas Reipublicæ ac quies per unum Principem (teſte Philoſopho) magis alitur retineturuè, quàm per plures: & patet in.c.In apibus.7.q.i.l.congruit. ff. de offi. præſid. Item & Reipublicæ conſulit unus melius quàm plures.l.ij. §. nouiſſime. ff. origi. iur.l.i.ff.de conſtit. prin. c.fundamenta.per totum, & in.§.ut ergò.de elect. Lib. 6. facit tex.in.§.Multitudo. in Auth. de referendar. ſacr. palati. Segnius nanq; negocia à multis, quàm ab uno conficiuntur. l.ſi plures.§. apparet igitur. & ibi glo. in uer.facilius. ff.de adminiſt.tutor. Id quod & natura ipſa nos docet in ſingulis corporibus animantium. Plura ſiquidem membra unum tantum caput habent, cui pareant illicò omnia: & ſi plura capita unum corpus haberet: monſtrum illud utiq; foret. l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu ho.c. quoniam in pleriſq;.ex. de officio iud. ordina. Quare Deus creator cæli & terræ unus, Rex Dauid in populo Iſráel unus, Ezechię ca.37.

& mundi Saluator uoluit fieri ex ſuis unum ouile & paſtorem unum, Ioannis 10. Optima itaq; ratione introductam eiuſcemodi conſuetudinem, quę primogenito totum patris tribuit Regnum, conſtat.

CONSVETVDINEM PRIMOgenituræ ſuccedendi in Regno poſſe & in priuatorum bonis, eadem nimirum ratione, recipi: & reliquis fratribus quomodo primogenitus proſpicere teneatur.

Caput. II.

CÆterùm an in reliquis bonis patrimonialibus ſeu hæreditate poſſit conſuetudine etiam inter priuatos recipi, ut fratrum primus uniuerſam parentis ſolus obtineat hæreditatem, magis eſt dubitatum: quoniam ſi admitteretur talis conſuetudo, utiq; alijs fratribus carendum eſſet legitima ac alimentis, quæ lege ipſa naturę de hęreditate parentum filijs debentur. c. Ius naturale. i. diſtinct. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. l. cum ratio. in prin. ff. bonis dam. Propterea contra ius naturale non recipiendam huiuſmodi conſuetudinem, planè uidebatur. Sic Alberic. hæſit in proœmio. ff. Sed tamen non improbandam conſuetudinem quoq; illam, iure cauetur in. c. i. §. Mulier. & ibi Bal. per illum tex. in tit. Si de Feud. defunct. content. ſit inter domi. & ag. Ioan. Andreę in. c. ſine culpa. de regul. iur. Lib. 6.

Scrupulus

SERENISSIMO ET INCLYTO PRINCIPI, AC DOmino Domino MAXIMILIANO ſecundo, Dei gratia Romanorum, Bohemiæ, Germanię, Hungarięq́; etc. Regi Auguſtiſsimo, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ etc. Comiti in Habſpurg, Flandriæ, Tyrolis etc. Domino & Prinpici ſuo clementiſsimo:

Franciſcus Zoannettus ſummam fœlicitatem reuerenter precatur.

REGES OLIM, MAximiliane Regum Maxime, aut ex Sacerdotibus eligi aut ex bellicoſis viris creari ſolitos legimus. His enim propter bellicam fortitudinem, illis propter Sacerdotum ſapientiam, honor & generis No-

bilitas accedebat. Quæ res ſanè indicat, nihil Regẽ decere magis veteres exiſtimaſſe, ac ſapientiam cũ religione coniunctam, et fortitudinem. Vno ſiquidem Regnũ temporè pacis & belli rectè adminiſtretur, altero defendatur. Porrò quum Rex ſignificetur per corpus Coronæ ſphericũ, cuius figuram in partes facta ſectio planè deſtruit: ſic Regnũ, ceu quid perfectum, unũ & indiuiduũ, ſapienter gubernari, & fortiter in ſuo ſtatu ſeruari debet. Quorũ vtrunq; tibi Regum Regi, Inuicte Maximiliane, fœliciſsimè contigiſſe cernimus. Non enim ſolũ ex religioſiſsimis, ſed ex fortiſsimis ęquè Imperatoribus, nõ modò electus, ſed et Rex es genitus. Nanq; ſi longã tuorum Parentũ, Auorũ, & Proauorũ ſeriẽ quis ſpectet, tibi vni hęc duo cumulatiſsimè accidiſſe protinus intelliget. Vt verò de multis iã taceam, quis Friderico tertio Attauo tuo religioſior? qui cõtra Romanam Apoſtolicã ſedẽ obortas tũ hæreſes magno ſtudio ingentiq; adeò pietate compeſcuit:

peſcuit? Quis Proauũ Cęſarẽ Maximilianũ, cuius tu nomen & perſonã auſpicato geris, virtute bellica æquare, ne dicã ſuperare, illo æuo potuit? Quis Ferdinando Imperatore, pijſsimo patre tuo in ordine Cæſarũ ſanctior? Qui ſumma erga Deũ pietate, & ſyncera erga homines clemẽtia mũdi, ut antehac melius nunq̃, regit habenas, iuxtaq; oĩbus optatiſsimus oĩum ſibi (incredibile dictu) propenſiſsimã demeretur voluntatẽ? Quẽ deniq; Carolus quintus patruus tuus inuicto aĩo, laude, potẽtia, & belli gloria longiſsimè nõ anteceſsit? Qui magna florentis ingenij tui vel in primis tũ adoleſcentiæ ãnis indole perſpecta, ſocer etiã, velut parens alter, cõiugij fœdere eſſe tibi voluit? Hiſcè maximis meritis tuis, Maximiliane, ſummus quoq; & incomparabilis honos (quòd inter nobiliſsimos natales nobiliſsimo Patre ſis primo loco genitus) diuinitus acceſsit. Proindè cum mei officij eſſe animaduerterem te, cuius Auguſtiſsimum Patrem vel à primís vſq; meorum ſtudiorũ fructibus, licet

exiguis, vnicè coluiſſem, et ipſius nimirũ beneficio Auguſti eius ſenatus ordini motu proprio fuerim ante annos plus minus quinq; aſcitus, ſemel, fœlicitati Maieſtatis tuę gratulabundus, adire: putaui id me commodius facturũ, ſi quæ tibi Primogenito diuina lege, gentiũ Iure, & parentũ voto, generaliter tantũ (quoniã pro varijs gentium moribus varia quoq; extat pleriſq; in locis ea cõſuetudinis Prioris geniti lex) debẽtur, meis cõparata laboribus, quaſi debitor fidus perſoluiſſem. Indè nimirũ quę Regię dignitatis ſint propria, quęq; Priorigenito Regis iure ſint elargita, & qualẽ erga fratres ſuos Primogenitũ eſſe oporteat, ac pleraq; huiusmodi alia poſſunt cognoſci. Libello huic alterũ de Venatione iungere placuit. Venatio quippè cũ in Imperio, cui te tua Regia virtus nataliũq; ſplẽdor immenſus prefecerũt, atq; adeò in uniuerſa Septẽtrionali plaga ſit res planè Nobiliſsima, & ad Nobiliſsimos quoſq; duntaxat pertineat: ac de illa ipſe o-

lim

lim importunis amicorũ interpellationib. nimis indulgẽs minus perfectè, tẽporis anguſtia preſſus, differuiſſem, ut non plurimi uſus hactenus eſſe potuerit, imò uerius dicã me quoq; illius ſic æditi laboris nõ ſemel piguerit: ſtatui tandẽ multo q̃ antehac plenius accuratiuſuè eã Venationẽ ex uſu Reipub. explicare. Ob id igitur inter alia num Clericis ac deniq; ſacri ordinis reliquis Venari liceat, iã oſtẽdi. Quali dãno (leui aut graui) populares ſubditi propter adẽptã ipſis Venationem poſsint affecti uideri, & quale ſit Cæſaris officiũ in auferẽda popularib. Venatione & Vaſallis cõcedenda, nũc nouè tradidi. An damna à feris beſtijs illata ſubditis uaſallos Principes reddere oporteat, et qua pœna illis, qui prohibiti feras nihilominus capiũt, ſit certò irroganda, unà cũ pluribus id genus alijs nouiſsimè docui. His inquã, et huiuſmodi permultis meã Venationẽ illuſtratã modis Celſitudini tuę manu ſcriptam humiliter offerre uolui: quò ſi eã Maieſtas

tua non improbarit, in uulgus etiã prodire quãdoq; poſsit. Nã quòd Venatio apud Germanos plurimorũ diſſidiorũ ſit frequens & magna origo: hi aũt mei labores in ea parãda Venatione nihil aliud, q̃ æquitatem Iuſtitiæ alumnã, quàmq; pacis et pietatis ſtudia prędicent: neminẽ uirorũ mortaliũ magis decere iudicaui, eã tueri Venationẽ, atq; te, Magne Maximiliane, q chariſsimę Patrię tuæ Germanię amans, diſsidia ciuiũ improbans, lites cõponens, pietatis cultor, Iuſtitię Sacerdos, et ęquitatis Princeps, ac optatus moderator exiſtis. Cũ itaq; talẽ te uel ab ineũte ętate ſẽper præſtiteris, ut nõ modo immortalẽ Paternã & auitã gloriã ęquaturus, ſed et hominum de te ſummã opinionẽ concœptã ſuperaturus videare: quin tuo nomini mea hæc (quamuis Minerua tenui et ſtylo mediocri elaborata) pia mẽte dicarẽ, cõmittere nolui. Vale fœliciſsimè, Regum Maxime, meaq; humilia ſtudia non dedigneris pro tua erga ſubditos fideles pietate habere cõmendata. Ingolſtadi o Idib. Ianuar. M. D. LXIII.

MAGNIFICO
NOBILI, ET DOCTISSIMO

Viro Domino Ioanni Vdalrico Zaſio I. V. Doctori eximio, Auguſtiſsimi Romanorum Regis Maximiliani Secundi &c. Vicecancellario, Domino, amico, & Patrono ſingulariter obſeruando. Franciſcus Zoannettus.

S. D.

NAtura comparatū uidemus, *ſapientiſſime Zaſi, ut quemadmodum uirtus neglecta in ſqualłore iacet, & uitis haud unq̄ utilem fructum profert, quæ non benè ſit exculta: ſic & uirorum ſtudioſorum ingenia, niſi amicorum officijs fuerint quandoq; adiuta, uix Reipublicæ multum ſint profutura. Quare cum proximè ſtatuiſſem, Magno Maximiliano, ceu magni æris debitor, hanc ſummi honoris Romanorū Regiæ dignitatis factam ſibi nuper acceſſionem, uelut ſortis partem, humili gratulatione perſoluere: libros ad Regium culmen haud quaq̄ parum pertinentes Sacræ Regiæ eius Maieſtati*

Maieſtati conſecrare uolui. Cæterum quoniam te, quem ſingularis hæreditaria uirtus cum admiranda prudentia ac magna eruditione cõiuncta & inuictiſsimo Cæſari & optimo Romanorum Regi præ reliquis meritò commendat, mihi officio tuo ea in re plurimum prodeſſe poſſe uidebam: illud abs te amicè petij, nõ planè dubitans, quin tanto tu patre illo Vdalrico Zaſio genitus, quãto Germanorũ Iuris prudentiæ Profeſſorũ nemo re et fama uixit unq̃ uel præſtantior, uel Reipublicæ utilior, ſtudijs meis ad Reipublicæ uſum cõparatis hanc operã eſſe daturus: id quod perofficioſe ac lubens, ut tua eſt humanitas, obtuliſti. Mitto tibi igitur libros, quos ſummo omnium Regi dedicatos cupio: meum ſi probaueris inſtitutum, tuoq́ iuueris (ut ſpero) fauore, reliqua ex uoto ſucceſſura confido. Vale, Zaſi ſapientiſsime, ac de me tibi cuncta poſthac, quæ ab amantiſsimo Cliente, tuiq́ ſtudioſiſsimo ſunt ſperanda in omne tempus tuo iure uiciſſim pollicebere.

De Primatu

Scrupulus uerò, qui propter legitimam atq; alimenta fiebat, uel ob id exolet, quòd alimentorum loco & legitimæ maior natu præſtabit fratribus (niſi aliundè alioqui habeant, quo ſe alant) ad uictum neceſſaria pro modo uel Regalis dignitatis & opum regni, ſi primogenitus ſit Regis: uel priuatarum facultatum, & honeſtate perſonarum, ſi priuatæ ſortis Patris ſit filius. Sic enim Hoſtienſis & Ioannes Andreæ docent in.c. licet.ex.de uoto, facit tex.in.l.ſi quis à liberis.poſt prin. ubi & gloſ.in uer. Vt operis.ff.de liber.agnoſcē. Neq; adeò ob id ius tollitur naturale: quo filij ad Patris ſucceſsionem uocantur, tametſi primogenitus cæteris præferatur: ſed eidem iuri naturali modus ex probabili cauſa, conſeruandi honorem atq; familiæ dignitatem, & uelut quoddam temperamentum duntaxat additur. Facit.l.filio.ff.de liber.& poſthum.l.ij.&.§.Nec enim naturalis ratio.ff.de Vſufruct.earum rerum quæ uſu conſum.l.in rebus.C.de Iure doti.

SVCCESSIONEM PRIMOGEnituræ deferri ab inteſtato: Regibuſq; de Regnis in Teſtamento diſponere, eſſe nefas: id quod de Ducibus quoq;, Marchionibus, & Comitibus, qui ditiones habeant Regalium dignitatum, eſt cenſendum.

Caput. III.

OBſeruandum tamen hoc loco, quòd in regnis prærogatiua Primogenituræ defertur abinteſtato iure hæreditario: per ſucceſsionem: non autem per electionem datur. Nam quemadmodum feuda, quæ ex prouidentia domini directi conceduntur. c.i. §. cum uerò Conradus. in tit. qui feud. dar. poſſ. Hæreditario iure deſcendentibus uaſalli competunt ab inteſtato: necꝫ Vaſallus ipſe de illis Teſtamento quicquàm poteſt diſponere. c. i. in prin. in tit. de ſucceſ. feud.. Ita & lex primogenituræ, quæ ab ipſo iure Primatus ſuam (ut dixi) habet originem, ſola ſucceſsione ab inteſtatato inter fratres ſeniori debet deferri: ut ne Pater Rex quicquàm de tali Regno poſsit in teſtamento diſponere. Patet in dictis. c. licet. extra de uoto & uoti redempti. c. grandi. de ſupplen. neglig. Prælator. Lib. 6. Vnde compertum eſt, Regna non electione, ſed ſucceſsione tantùm tribui. Propterea reprahenſus eſt gloſſator in. c. Moyſes. in uer. non ſanguini. per illum tex. 8. q. i. dicens Regna, ſicut Imperium electione conferri. Imò uerò ex approbata omnibus ſæculis conſuetudine Regna ab inteſtato ſucceſsione primogenito obuenire, certum eſt. Patet hoc in allegatis iam locis: idcꝫ ipſum docet gloſſator, in. c. Denicꝫ. in prin. in uer. Rege ſuo. per illum tex. 7. q. i. inquiens filium Regis Regem

iure

iure eſſe debere; à quo & Archidiaconus Bononienſis nequaquàm diſſenſit in. d. c. Moyſes. 8. quæſt. i. Neq; ſolis Regibus adempta eſt hac ratione de Regnis ſuis teſtandi facultas: ſed etiam Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, qui ditiones habent Regalium dignitatum, eſt denegata. c. in prin. in tit. de ſucceſſ. feud. Nec enim poſſunt eiuſcemodi dominia diuidi: ne honos atq; Regia dignitas ipſorum, tali diuiſione minuatur, tandemq; pereat. c. Imperialem. §. Prætereà. in tit. de prohibi. feudi alienati. per Federic. Idem teſtat̃ glo. ult. in fi. in allegato. c. licet. ex. de uoto. facit tex. in. c. Intellecto. ex. de iureiurand. c. Maioribus. ex. de præbend. & dignit.

REGNVM QVID SIT: ET alienationes bonorum Regni quatenus Regi permiſſæ.

Caput. IIII.

QVamobrem aiebat Baldus in Auth. Hoc amplius. col. 2. Verſ. Item Regnum. & uerſ. oppono & uideur. C. de fideicommiſ. quòd Regnum eſt quid perfectum, ac ob id debet eſſe unum & indiuiduum: quia Rex ſignificatur per corpus coronæ ſphericum: cuius figuram in partes facta ſectio protinus deſtrueret. Et alibi idem Baldus ſcribit, neq; inter uiuos poſſe Regẽ, aut Principem per contractũ uel alio modo alienare Regalia in præiudicium ſucceſſorum: quamuis

gradu inter eos eminentiore conſimili allectus argu=
mento ſummatim diſſeruiſſem. Hactenus etenim pau=
ci, ad primogeniture ius (ut uocant) commentarios
quandoque edere ſunt conati: & illos etiam nullo ordi=
ne, nulliſque adeò certis finibus comprehenſos, ex omni
autem parte imperfectos & mancos legimus: ut nec ex
eis quid Primogeniture lex iubeat, quid item uetet ac
prohibeat, pernoſci queat. Quare quò rem propoſitam
fælicius auſpicemur, ſciendum cum primis erit, inter
fratres natu grandiori prærogatiuam honoris, prima=
tus, ac dignitatis quandam uel ipſo iure diuino debe=
ri: quæ quidem prærogatiua in multis cernitur: uti
poſt gloſſatorem Archidiaconus refert. in. c. Quàm
periculoſum. in uer. primatus. 7. q. i. Sic & de primoge=
nitis Iſrael à Deo ſanctificatis legitur in. c. Nec is. uerſ.
Illud quoque. 15. q. i. Geneſ. cap. 26. 27. Quod ſanè ius
prælationis inter fratres cælitus adinuentum Romana
lex facilè probauit. l. ult. ff. de fid. inſtru. l. cum pater. §.
pater pluribus & ibi Bar. per illum tex. ff. de. legat. ij. l.
ſemper. in prin. ff. de Iure immunit. Inde nimirum à
uetuſtiſſimis uſque temporibus profectam generalem
uniuerſo in orbe conſuetudinem, ut ſuccedat in Re=
gno paterno is filius, qui natu maior ſit fratribus cæte=
ris, dubium nõ eſt: ſicuti & uſu quotidiano iugique ob=
ſeruantia eſt compertum, & ex Iuſtini lectione in Per=
ſico Regno eſt deprehenſum.

Non enim iure ſcripto, ſed inueterata conſuetudine

in ſcriptis

In ſcriptis poſtmodum redacta, qui primogenitus eſt, Regni dominium ſibi ſolus uendicat.c.licet.ubi Innocenti.Ioa.Andreę & Hoſti.per illum tex.ex.de uoto & uoti redempti.c.grãdi.de ſupple.negl.prælator.Lib.6.

Huius quippè conſuetudinis ratio quoq; in obſcuro non eſt: ſiquidem in unitate populi,& coniunctione animorum, ac corporum conſiſtat pax, ſalus, & bonum ipſius populi, uti prolixè docui in.l.ut uim.in iij. parte defenſionis. ff. de Iuſt. & Iur. Pax autem populi & unitas Reipublicæ ac quies per unum Principem (teſte Philoſopho) magis alitur retineturuè, quàm per plures: & patet in.c.In apibus.7.q.i.l.congruit. ff. de offi. præſid. Item & Reipublicæ conſulit unus melius quàm plures.l. ij. §. nouiſſime. ff. origi. iur.l.i.ff.de conſtit. prin. c. fundamenta.per totum. & in.§.ut ergò. de elect. Lib. 6. facit tex.in.§.Multitudo. in Auth. de referendar. ſacr. palati. Segnius nanq; negocia à multis, quàm ab uno conficiuntur. l.ſi plures.§. apparet igitur. & ibi glo. in uer.facilius. ff.de adminiſt.tutor. Id quod & natura ipſa nos docet in ſingulis corporibus animantium. Plura ſiquidem membra unum tantum caput habent, cui parent illicò omnia: & ſi plura capita unum corpus haberet: monſtrum illud utiq; foret. l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu ho. c. quoniam in pleriſq;.ex. de officio iud. ordina. Quare Deus creator cæli & terræ unus, Rex Dauid in populo Iſrael unus, Ezechię ca.37.

& mundi Saluator uoluit fieri ex ſuis unum ouile & paſtorem unum, Ioannis 10. Optima itaq; ratione introductam eiuſcemodi conſuetudinem, quę primogenito totum patris tribuit Regnum, conſtat.

CONSVETVDINEM PRIMOgenituræ ſuccedendi in Regno poſſe & in priuatorum bonis, eadem nimirum ratione, recipi: & reliquis fratribus quomodo primogenitus proſpicere teneatur.

Caput. II.

CÆterùm an in reliquis bonis patrimonialibus ſeu hæreditate poſſit conſuetudine etiam inter priuatos recipi, ut fratrum primus uniuerſam parentis ſolus obtineat hæreditatem, magis eſt dubitatum: quoniam ſi admitteretur talis conſuetudo, utiq; alijs fratribus carendum eſſet legitima ac alimentis, quæ lege ipſa naturę de hęreditate parentum filijs debentur. c. Ius naturale. i. diſtinct. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. l. cum ratio. in prin. ff. bonis dam. Propterea contra ius naturale non recipiendam huiuſmodi conſuetudinem, planè uidebatur. Sic Alberic. hæſit in proëmio. ff. Sed tamen non improbandam conſuetudinem quoq; illam, iure cauetur in. c. i. §. Mulier. & ibi Bal. per illum tex. in tit. Si de Feud. defunct. content. ſit inter domi. & ag. Ioan. Andreę in. c. ſine culpa. de regul. iur. Lib. 6.

Scrupulus

SERENISSIMO ET INCLYTO PRINCIPI, AC DOmino Domino MAXIMILIANO ſecundo, Dei gratia Romanorum, Bohemiæ, Germanię, Hungarięq́; etc. Regi Auguſtiſsimo, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ etc. Comiti in Habſpurg, Flandriæ, Tyrolis etc. Domino & Prinpici ſuo clementiſsimo:

Franciſcus Zoannettus ſummam fœlicitatem reuerenter precatur.

REGES OLIM, MAximiliane Regum Maxime, aut ex Sacerdotibus eligi aut ex bellicoſis viris creari ſolitos legimus. His enim propter bellicam fortitudinem, illis propter Sacerdotum ſapientiam, honor & generis No-

bilitas accedebat. Quæ res ſanè indicat, nihil Regē decere magis veteres exiſtimaſſe, ac ſapientiam cū religione coniunctam, et fortitudinem. Vno ſiquidem Regnū tempore pacis & belli rectè adminiſtretur, altero defendatur. Porrò quum Rex ſignificetur per corpus Coronæ ſphericū, cuius figuram in partes facta ſectio planè deſtruit: ſic Regnū, ceu quid perfectum, unū & indiuiduū, ſapienter gubernari, & fortiter in ſuo ſtatu ſeruari debet. Quorū vtrunq; tibi Regum Regi, Inuicte Maximiliane, fœliciſsimè contigiſſe cernimus. Non enim ſolū ex religioſiſsimis, ſed ex fortiſsimis ęquè Imperatoribus, nō modò electus, ſed et Rex es genitus. Nanq; ſi longā tuorum Parentū, Auorū, & Proauorū ſeriē quis ſpectet, tibi vni hęc duo cumulatiſsimè accidiſſe protinus intelliget. Vt verò de multis iā taceam, quis Friderico tertio Attauo tuo religioſior? qui cōtra Romanam Apoſtolicā ſedē obortas tū hæreſes magno ſtudio ingentiq; adeò pietate compeſcuit?

peſcuit? Quis Proauũ Cęſarẽ Maximilianũ, cuius tu nomen & perſonã auſpicato geris, virtute bellica æquare, ne dicã ſuperare, illo æuo potuit? Quis Ferdinando Imperatore, piiſsimo patre tuo in ordine Cæſarũ ſanctior? Qui ſumma erga Deũ pietate, & ſyncera erga homines clemẽtia mũdi, ut antehac melius nunq̃, regit habenas, iuxtaq; oĩbus optatiſsimus oĩum ſibi (incredibile dictu) propenſiſsimã demeretur voluntatẽ? Quẽ deniq; Carolus quintus patruus tuus inuicto aĩo, laude, potẽtia, & belli gloria longiſsimè nõ antecesſit? Qui magna florentis ingenij tui vel in primis tũ adoleſcentiæ añis indole perſpecta, ſocer etiã, velut parens alter, cõiugij fœdere eſſe tibi voluit? Hiſcè maximis meritis tuis, Maximiliane, ſummus quoq; & incomparabilis honos (quòd inter nobiliſsimos natales nobiliſsimo Patre ſis primo loco genitus) diuinitus acceſsit. Proindè cum mei officij eſſe animaduerterem te, cuius Auguſtiſsimum Patrem vel à primis vſq; meorum ſtudiorũ fructibus, licet

exiguis, vnicè coluiſſem, et ipſius nimirũ beneficio Auguſti eius ſenatus ordini motu proprio fuerim ante annos plus minus quinq; aſcitus, ſemel, fœlicitati Maieſtatis tuę gratulabundus, adire: putaui id me commodius facturũ, ſi quæ tibi Primogenito diuina lege, gentiũ Iure, & parentũ voto, generaliter tantũ (quoniã pro varijs gentium moribus varia quoq; extat pleriſq; in locis ea cõſuetudinis Prioris geniti lex) debẽtur, meis cõparata laboribus, quaſi debitor fidus perſoluiſſem. Indè nimirũ quę Regię dignitatis ſint propria, quęq; Priorigenito Regis iure ſint elargita, & qualẽ erga fratres ſuos Primogenitũ eſſe oporteat, ac pleraq; huiusmodi alia poſſunt cognoſci. Libello huic alterũ de Venatione iungere placuit. Venatio quippè cũ in Imperio, cui te tua Regia virtus nataliũq; ſplẽdor immenſus prefecerũt, atq; adeò in uniuerſa Septẽtrionali plaga ſit res planè Nobiliſsima, & ad Nobiliſsimos quoſq; duntaxat pertineat: ac de illa ipſe o-

lim

lim importunis amicorũ interpellationib. nimis indulgẽs minus perfectè, tẽporis anguſtia pręſſus, diſſeruiſſem, ut non plurimi uſus hactenus eſſe potuerit, imò uerius dicã me quoq; illius ſic æditi laboris nõ ſemel piguerit: ſtatui tandẽ multo q̃ antehac plenius accuratiuſuè eã Venationẽ ex uſu Reipub. explicare. Ob id igitur inter alia num Clericis ac deniq; ſacri ordinis reliquis Venari liceat, iã oſtẽdi. Quali dãno (leui aut graui) populares ſubditi propter adẽptã ipſis Venationem poſsint affecti uideri, & quale ſit Cæſaris officiũ in auſſerẽda popularib. Venatione & Vaſallis cõcedenda, nũc nouè tradidi. An damna à feris beſtijs illata ſubditis uaſallos Principes reddere oporteat, et qua pœna illis, qui prohibiti feras nihilominus capiũt, ſit certò irroganda, unà cũ pluribus id genus alijs nouiſsimè docui. His inquã, et huiuſmodi permultis meã Venationẽ illuſtratã modis Celſitudini tuę manu ſcriptam humiliter offerre uolui: quò ſi eã Maieſtas

tua non improbarit, in uulgus etiã prodire quãdoq; poſsit. Nã quòd Venatio apud Germanos plurimorũ diſſidiorũ ſit frequens & magna origo: hi aũt mei labores in ea parãda Venatione nihil aliud, q̃ æquitatem Iuſtitiæ alumnã, quàmq; pacis et pietatis ſtudia prędicent: neminẽ uirorũ mortaliũ magis decere iudicaui, eã tueri Venationẽ, atq́; te, Magne Maximiliane, q charisſimę Patrię tuæ Germanię amans, diſsidia ciuiũ improbans, lites cõponens, pietatis cultor, Iuſtitię Sacerdos, et ęquitatis Princeps, ac optatus moderator exiſtis. Cũ itaq́; talẽ te uel ab ineũte ętate ſẽper præſtiteris, ut nõ modo immortalẽ Paternã & auitã gloriã ęquaturus, ſed et hominum de te ſummã opinionẽ concœptã ſuperaturus videare: quin tuo nomini mea hæc (quamuis Minerua tenui et ſtylo mediocri elaborata) pia mẽte dicarẽ, cõmittere nolui. Vale fœlicisſimè, Regum Maxime, meaq́; humilia ſtudia non dedigneris pro tua erga ſubditos fideles pietate habere cõmendata. Ingolſtadi o Idib. Ianuar. M. D. LXIII.

MAGNIFICO NOBILI, ET DOCTISSIMO

Viro Domino Ioanni Vdalrico Zaſio I. V. Do-
ctori eximio, Auguſtiſsimi Romanorum Regis
Maximiliani Secundi &c. Vicecancella-
rio, Domino, amico, & Patrono ſin-
gulariter obſeruando. Fran-
ciſcus Zoannettus.
S. D.

NAtura comparatũ uidemus, *ſapientißime Zaſi, ut quemadmodum uirtus neglecta in ſquallore iacet, & uitis haud unq̃ utilem fructum profert, quæ non benè ſit exculta: ſic & uirorum ſtudioſorum ingenia, niſi amicorum officijs fuerint quandoq; adiuta, uix Reipublicæ multum ſint profutura. Quare cum proximè ſtatuiſſem, Magno Maximiliano, ceu magni æris debitor, hanc ſummi honoris Romanorũ Regiæ dignitatis factam ſibi nuper acceßionem, uelut ſortis partem, humili gratulatione perſoluere: libros ad Regium culmen haud quaq̃ parum pertinentes Sacræ Regiæ eius Maieſtati*

Maieſtati conſecrare uolui. Cæterum quoniam te, quem ſingularis hæreditaria uirtus cum admiranda prudentia ac magna eruditone cõiuncta & inuictiſſimo Cæſari & optimo Romanorum Regi præ reliquis meritò commendat, mihi officio tuo ea in re plurimum prodeſſe poſſe uidebam: illud abs te amicè petij, nõ planè dubitans, quin tanto tu patre illo Vdalrico Zaſio genitus, quãto Germanorũ Iuris prudentiæ Profeſſorũ nemo re et fama uixit unq̃ uel præſtantior, uel Reipublicæ utilior, ſtudijs meis ad Reipublicæ uſum cõparatis hanc operã eſſe daturus: id quod perofficioſe ac lubens, ut tua eſt humanitas, obtuliſti. Mitto tibi igitur libros, quos ſummo omnium Regi dedicatos cupio: meum ſi probaueris inſtitutum, tuoq́; iuueris (ut ſpero) fauore, reliqua ex uoto ſucceſſura confido. Vale, Zaſi ſapientiſſime, ac de me tibi cuncta poſthac, quæ ab amantiſſimo Cliente, tuiq́; ſtudioſiſſimo ſunt ſperanda in omne tempus tuo iure uiciſſim polliceberé.

De Primatu

Scrupulus uerò, qui propter legitimam atq; alimenta fiebat, uel ob id exolet, quòd alimentorum loco & legitimæ maior natu præſtabit fratribus (niſi aliundè alioqui habeant, quo ſe alant) ad uictum neceſſaria pro modo uel Regalis dignitatis & opum regni, ſi primogenitus ſit Regis: uel priuatarum facultatum, & honeſtate perſonarum, ſi priuatæ ſortis Patris ſit filius. Sic enim Hoſtienſis & Ioannes Andreæ docent in.c. licet.ex.de uoto.facit tex.in.l.ſi quis à liberis.poſt prin. ubi & gloſ.in uer.Vt operis.ff.de liber.agnoſcē. Neq; adeò ob id ius tollitur naturale: quo filij ad Patris ſucceſsionem uocantur, tametſi primogenitus cæteris præferatur: ſed eidem iuri naturali modus ex probabili cauſa, conſeruandi honorem atq; familiæ dignitatem, & uelut quoddam temperamentum duntaxat additur. Facit.l.filio.ff.de liber.& poſthum.l.ij.&.§.Nec enim naturalis ratio.ff.de Vſufruct.earum rerum quæ uſu conſum.l.in rebus.C.de Iure doti.

SVCCESSIONEM PRIMOGENituræ deferri ab inteſtato: Regibuſq; de Regnis in Teſtamento diſponere, eſſe nefas: id quod de Ducibus quoq;, Marchionibus, & Comitibus, qui ditiones habeant Regalium dignitatum, eſt cenſendum.

Caput. III.

OBſeruandum tamen hoc loco, quòd in regnis prærogatiua Primogenituræ defertur abinteſtato iure hæreditario: per ſucceſsionem: non autem per electionem datur. Nam quemadmodum feuda, quæ ex prouidentia domini directi conceduntur. c.i. §. cum uerò Conradus. in tit. qui feud. dar. poſſ. Hæreditario iure deſcendentibus uaſalli competunt ab inteſtato: neq; Vaſallus ipſe de illis Teſtamento quicquàm poteſt diſponere. c. i. in prin. in tit. de ſucceſ. feud.. Ita & lex primogenituræ, quæ ab ipſo iure Primatus ſuam (ut dixi) habet originem, ſola ſucceſsione ab inteſtatato inter fratres ſeniori debet deferri: ut ne Pater Rex quicquàm de tali Regno poſsit in teſtamento diſponere. Patet in dictis. c. licet. extra de uoto & uoti redempti. c. grandi. de ſupplen. neglig. Prælator. Lib. 6. Vnde compertum eſt, Regna non electione, ſed ſucceſsione tantùm tribui. Propterea reprahenſus eſt gloſſator in. c. Moyſes. in uer. non ſanguini. per illum tex. 8. q. i. dicens Regna, ſicut Imperium electione conferri. Imò uerò ex approbata omnibus ſæculis conſuetudine Regna ab inteſtato ſucceſsione primogenito obuenire, certum eſt. Patet hoc in allegatis iam locis; idq; ipſum docet gloſſator, in. c. Deniq;. in prin. in uer. Rege ſuo. per illum tex. 7. q. i. inquiens filium Regis Regem

iure

iure eſſe debere: à quo & Archidiaconus Bononienſis nequaquàm diſſenſit in. d. c. Moyſes. 8. quæſt. i.

Neq; ſolis Regibus adempta eſt hac ratione de Regnis ſuis teſtandi facultas: ſed etiam Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, qui ditiones habent Regalium dignitatum, eſt denegata. c. in prin. in tit. de ſucceſſ. feud. Nec enim poſſunt eiuſcemodi dominia diuidi: ne honos atq; Regia dignitas ipſorum, tali diuiſione minuatur, tandemq; pereat. c. Imperialem. §. Præterea. in tit. de prohibi. feudi alienati. per Federic. Idem teſtatũ glo. ult. in fi. in allegato. c. licet. ex. de uoto. facit tex. in. c. Intellecto. ex. de iureiurand. c. Maioribus. ex. de præbend. & dignit.

REGNVM QVID SIT: ET *alienationes bonorum Regni quatenus Regi permiſſæ.*

Caput. IIII.

QVamobrem aiebat Baldus in Auth. Hoc amplius. col. 2. Verſ. Item Regnum. & uerſ. oppono & uideur. C. de fideicommiſ. quòd Regnum eſt quid perfectum, ac ob id debet eſſe unum & indiuiduum: quia Rex ſignificatur per corpus coronæ ſphericum: cuius figuram in partes facta ſectio protinus deſtrueret. Et alibi idem Baldus ſcribit, neq; inter uiuos poſſe Regẽ, aut Principem per contractũ uel alio modo alienare Regalia in præiudicium ſucceſſorum: quamuis

Legitimæ uerò exhæredationis cauſæ numero ſunt quatuordecim. §. aliud quoq; capitulum. §. cauſas. in Auth. Vt cum de appellati. cognoſcit. gloſſa in. c. Quintauallis.ex.de iureiurand. Quamobrem ſi pater ſine aliqua ex his cauſa auferret Primogenito Regnũ, & teſtamento conferret illud fortè in ſecundo genitum; nihil ageret. l. Nemo poteſt. ff. de legat. i.c.Requiſiſti.ex.de teſtam.c.ſi diligenti. ex.de foro compet. Cum enim legitima Primogeniti, ſit totum Regnum, quoniam diuidi in partes Regnum non dèbet, ſecundum Hoſtien.& Io.Andreę in. d.c.licet.ex.de uoto.& loco priore ipſe tradidi; reliquum utiq; eſt, quòd ſine cauſa legibus cognita Primogenitus ſua legitima, hoc eſt, Regno, priuari non poſſit.c.Raynutius.ex.de teſta. cum ſimilibus. Proindè exhæredatus à patre Primogenitus, aget uel inofficioſi teſtamenti quærela. l.i.& toto.tit.ff.&.C.de inoffi.teſtam.uel ad ſupplementum legitimę, id eſt, ad integrum Regnum conſequendum; ſi partem Regni pater alĳ in ultima uoluntate reliquiſſet.l.omnimodò.C.de inoffic.teſtam.

QVIBVS EX CAVSIS PApa uel Imperator Regem de Solio regali deijcere, aut Regis Primogenitum ſucceſsione Regni queat priuare.

Caput.VI.

Caput VI.

POterit identidem Papa, ut dixi, uel Imperator etiam, ex magna tamen cauſa, quæ euidens ſit & manifeſta, Regem eijcere Regno: exempli gratia, Si Papa ex cauſa inobedientiæ & non ſeruati paterni ſuſcepti mandati filium iure Primogenituræ, & ſuccedendi ſpe priuaret: iure id faceret. d.c. licet. ex. de uoto. eſt locus expreſſus in. c. Ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re iudica. Lib. 6. in Clementi. Paſtoralis. de ſenten. & re iudica. At ex qualibet cauſa, utputa, qua Feudum perdit Vaſallus, uel pater alioqui exhæredat filium, Pontifex Romanus aut Cæſar Regem uel Primogenitum Regno priuare non debet: ſiquidem grauiores, futuri (ut mea quidem fert opinio) periculi uitandi cauſa, Regis aut Primogeniti culpas exiſtere oporteat, quò eũ ſummus Princeps Regno excludat. Conſtat id ex allegatis. c. Ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re iudica. Lib. 6. & Clement. Paſtoralis. eod. tit. de ſentẽ. & re iudi. Et rurſus ex ſæpi⁹ alleg. c. licet. ex. de uoto. Adde Bal. in. l. ult. C. de legi.

Habet porrò poteſtatẽ Papa maximè, ſuper Reges, Regna, & Imperium: illoſq;, ubi res poſtulat, in Imperio confirmat. c. ſolitę. ex. de maiorit. et obedi. c. Venerabilem. ex. de electiõn. meritò & eos uiciſſim ex cauſa de Solio Regali iure deijcit. l. eius eſt nolle. ff. de regul. iur. l. Nolle adire. l. Is poteſt. ff. acquir. hæredit. l. ſi puellæ. ff. de ſponſalib. l. Quis ſit fugitiuus. §.

Idem ait ſi ſeruus. ff. edili. edict.l.pater Seuerinam. in prin.ff.de conditi.& demonſtrati. Eſt percommodus de hoc locus in.c.Alius.15.q.6.c.duo ſunt.96.diſtinct.

INGRESSV MONASTERII. Regnum, Pontificatum, Imperium, & quamlibet aliam principalem dignitatem è ueſtigio amitti.

Caput. VII.

AMittit æque primogenitus Regnum ſi Monachus fiat: quinimò & Rex iam conſtitutus, uel Papa, Imperator, Epiſcopus, Dux, Marchio, aut Comes per Monaſterij ingreſſum dignitatem cum Iuriſdictione omni perdit.c. Scripſit nobis Teberga.ubi gloſ. prima per illum tex.notat 27.q.ij.Nam cùm Monachus proprium habere nihil poſſit.c.nõ dicatis.12.q.i. Auth. Ingreſſi.cũ materia. C.de ſacroſanct.Eccleſi.& Regnum, commune pluribus (ſiue Monachis ſiue alijs) eſſe, lex conſuetudinis planè prohibeat, uti inito ſcripſi: neceſſum eſt profectò, Regnum nihil habere cum Monacho aut Monaſterio affine. Id qđ & Baldus quoque ſic docuit in. c. cum in Magiſtrum. ſub. nu.iij.ex.de electio. Ad hæc, quia Monachus neque uelle quicquàm poteſt, neque etiam nolle: dicendum eſt, Regnum nulla ratione eum poſſe inire. c. ſi Religioſus. de electio.Lib.6.c. Religioſus. de teſtam.Lib.6.d.c.Non dicatis.12.q.i.c. ult.de ſepultur.Lib.6.

Cardinalis

CARDINALIS VEL ALIVS *Clericus Sæcularis qui primogenitus Principis non ſit, an conſuetudine primogenituræ ligetur, & per conſequens excludatur á ſucceſsione.*

Caput. VIII.

HIs proximum erit diſpicere, num ſecundo genitus, qui ſecularis tantum Clericus aut Cardinalis ſit, excludatur Regno propter Laicorũ cõſuetudinem, quę ſoli primogenito integrũ Regnũ alioquin tribuit.

Videtur ſanè ſecundo genito Clerico non officere Laicorum illam conſuetudinem, quo minus in Regno unà cum fratre primogenito ex æquo ſuccedat. Porrò aliàs frequens eſt, atq; receptum conſuetudine Laicorum non obſtringi Clericos. Sic enim docent Hoſtienſis. In ſumma tit. de conſuetudi. §. ult. uerſ. ſed pone inter laicos. Cynuſq; poſt Iacobũ de arena. in. l. ij. col. ult. uerſ. tertiò quæritur. C. Quæ ſit longa conſue.

Pro quorum ſententia illud quis rectè adduxerit: ex Laicis & Clericis duo diuerſi populi conſtituuntur. c. duo ſunt. 12. q. i. & duo illis ſeparati ſunt iudices. c. At ſi Clerici. c. Clerici. ex. de Iudici. c. ij. c. ſi quis contra. c. ſi diligenti. & per totum illum titul. ex. de foro compet. Benè facit tex. in. l. ſi eadem. ff. de officio aſſeſſor. Igitur unus populus uiuet ac ſubijcietur proprijs, non

aũt alterius populi legib.l.oẽs populi.ff.de Iuſti.& iur. ſacit.l.Placet.C.de Epiſco.& Cle.c.Illud.c.ſcit.12.diſti.

Dein Clerici ſunt Laicis maiores. c. ſolitæ. ex.de Maiorit.& obedient. Meritò Clerici non deuinciuntur legibus,ſeu conſuetudine Laicorum : qui Clericis ſunt inferiores. l. Labeo. §. tractemus. l. Nam Magiſtratus.ff.de Receptis arbitr.c.Inferior.21.diſt.c.cũ inferior.ex.de maiorit.& obed. Id quod ex plebis etiam Romanæ ſtatutis clarè cernitur : quæ non prius Patricios & Senatores obligarunt, quàm ipſi per legẽ Ortenſiã ad hoc latam Plebiſcita illa pro generali lege receperint.l.ij.§. deindè cùm eſſet in ciuitate. ff.de orig. iur.§.Plebiſcitum.Inſtit.de iure naturali. Eódem ſpectat,quoniã lex & cõſuetudo æquiperanť.l.de quib.ff. de legib.Sed lex non niſi ſubditos obſtringit.l.i.l.ij.ff. de legib.l.extra territoriũ.ff.de Iuriſd.om.Iud.l.cũctos populos.C.de Sum̃a Trin.& fid.Catho.c.i.in prin. in tit. de pace tenend.c. A nobis.uerſ.Nec obſtat.ex.de ſenten.excõmu.c.ij.de cõſtitut.Lib.6.Probè conuenit tex. in.c.ſi ſententia.de ſen.excõmu.Lib.6.Ergò iſtiuſmodi Laicorum cõſuetudo ad Clericos Laicis minimè ſubditos nequaquàm pertinebit.

Præterea Clericus militi comparatur.l.ij. uerſ. eum autem. C.ut nemo priuat. tit. Namq; & milites cæleſtis militię ipſi ſunt,militareq; Chriſto dicuntur.glo.i. in.l.penultima.ff.de Militar.teſtam.eſt tex.in.c.i.ex.de Cleri.ægrot.c.Saluator.i.q.3.c.i.ſub fi. in tit. de uaſall. milit,

milit. qui arma belli: depoſu. Verùm milites, qui arma bellica tractant, non parent legibus ad Laicos ſiuè Paganos latis. l. ult. in prin. uerſ. Sed & ueterem. C. de Iur. deliberan. l. i. & toto tit. ff. &. C. de milita. teſtam. Ideoq; nec Clerici legibus illis obedire ſunt cogendi.

Atqui ſi ſe ſua ſponte uellent Clerici ſubijcere Laicorum legibus & iudicio, id eis non foret integrum. c. ſi diligenti. c. ſignificaſti. ex. de foro compet. Vnde ſiuè lex aut conſuetudo, ſiuè quæq; alia Laicorum conſtitutio, quæ Clericorũ libertati aut Eccleſijs officeret, uel ipſis etiam utilis eſſet, ipſo iure nulla eſt. Auth. caſſa & irrita. C. De ſacroſanct. Eccleſi. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. c. quæ in Eccleſiarum. ex. de conſtitut. c. Benè quidem. 96. diſtinct. c. ult. ex. de reb. Eccleſ. nõ alienand. Identidem de cõſuetudine Clericis atq; Eccleſijs noxia (quòd nulla ſit) iure etiam nominatim cauetur. in. c. i. c. cum inter. ex. de conſuetudi. c. Clerici ex. de Iudici. c. cùm cauſa. ex. de ſententia & re iudi. & in d. Auth. Caſſa. C. de ſacroſanctis Eccleſ.

Ad hæc, conſutudinẽ iſtam, quæ primiogenito uniuerſam tribuit parẽtis ſucceſſionẽ, iniquã & irrationabilẽ prorſuſq; reijciendã eſſe uel ob id conſtat, q̃d reliquis fratrib. aufert ſua bona, ipſis omni iure debita: reddens inuicẽ eos maximè inæquales. c. penul. c. ult. in fi. ex. de cõſuetu. Cũ tamẽ lex uocet liberos ex æquo oẽs ad parentũ ſucceſſionẽ. Inſtitu. de hæredit. quæ ab inteſta. deferunt. per tot. l. In ſuis. ff. de Lib. & poſthu. Et inter fratres æqualitatem ſeruari planè iubeat.

L. ut liberis. l. Illud. C. de Collatio. l. ult. C. Commun. Vtr. iudi. facit tex. in. l. cum Pater. §. euictis. §. Pater pluribus. ff. de legat. ij. L. quæſitum. §. ſed & ipſe Papinianus. ff. de Fundo inſtructo. Idcircò à Clericis ad ſolos Laicos releganda uidetur eiuſcemodi legibus inimica primogenituræ conſuetudo.

Verũ enimuerò iam prò Clerico recẽſita reddi dubia perfacilè poſſunt: quia Laicorũ cõſuetudine Clericos obligari, alibi adnotatur. per glo. i. in. l. de quib. ff. de Legibus. & gloſ. i. in. l. i. C. quæ ſit longa conſue.

Huc nimirum referendum, quòd feudorum conſuetudines, quæ à Laicis ſanè ſuam ducunt originem, non modò prohibent Clericum ſuccedere in feudo, ſed etiam ubi primùm inierit Clericatum illud ei protinus adimunt. c. i. in tit. de Vaſal. milite, qui arma belli. depoſu. c. i. §. qui Clericus. in tit. Si de feudo deſunc. conten. ſit. c. i. in tit. an mut. & aliàs imperfect.

Tertiò idem ſuadetur ratione; etenim ſi Clericus eſſet primogenitus Patris ſui, libenter ea primatus & ſuccedendi in uniuerſo Principatu conſuetudine contra fratres ſuos uteretur: ergò eandem (quando eſt ſecundo genitus) aduerſum ſe pati debet. l. i. & toto tit. ff. quòd quiſq; iur. c. ult. ex. de uita & honeſtate Clericorum. Præſertim uerò quum talis conſuetudo æquitate nitatur; nè regna ſcilicet & Principatus in partes diuidantur, per parteſq; ruant, quemadmodũ in operis principio docui. c. Maiorib. ex. de præbend. c. ex literis. ubi

ubi & glo. in uer. minutias. per illum tex. ex. de pignoribus. l. Ne in plures. ff. de exercitor. Si itaq; conſuetudinem hanc æquam dixeris: utiq; & eam ad priuilegiatos (uelut clericos, minores, & pupillos) pertinere, conſequens erit. Sic nanq; cernere eſt in poſſeſſore fundi, ſiue uſufructuario illo ſiue conductore, aut aliàs fructus agri percipiente: qui cum poſſeſſor ſit agri, tributa etiam ſoluere, non item Dominus communi iure ſcripto tenetur. l. Hactenus. ff. de uſufruct. l. Neq; ſtipendium. ff. de impenſ. in reb. dotali. facit. l. i. C. de annon. & tribut. Lib. 10. l. litibus. §. hęc de reditibus. C. de Agricol. & cenſit. Lib. 11. l. omnes. C. de colla. fund. patrim. Lib. 11. Verùm laicorum conſuetudo, quòd agrorum Domini tributa de fundis, non etiam poſſeſſores, pendere debeant, obligat identidem minores, qui inter priuilegiarios referuntur: quum talis conſuetudo haud quaquàm iniqua uideri poſſit. l. ſine herede. §. Lucius. ff. de adminiſtr. tutor. Quamobrem quum detrahat laicorum conſuetudo ſingulorum patrimonijs, tàm priuilegiatorum quàm non priuilegiatorum, ut dixi: facit. l. Venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. prædior. c. i. §. mulier. §. filij in tit. ſi de Feudo defunc. conten. ſit. ſuadet æquè rationis æquitas, ut ſecundo genito clerico in portione hæreditatis paternæ, iure alioqui ſibi debita, conſuetudo primatus ſiue primogenituræ detrahat. Nam & aliàs priuilegium Anglis conceſſum, prodeſt eiuſdem Regni clericis. c. Dilecti.

Maieſtati conſecrare uolui. Cæterum quoniam te, quem ſingularis hæreditaria uirtus cum admiranda prudentia ac magna eruditone cõiuncta & inuictiſſimo Cæſari & optimo Romanorum Regi præ reliquis meritò commendat, mihi officio tuo ea in re plurimum prodeſſe poſſe uidebam: illud abs te amicè petij, nõ planè dubitans, quin tanto tu patre illo Vdalrico Zaſio genitus, quãto Germanorũ Iuris prudentiæ Profeſſorũ nemo re et fama uixit unq̃ uel præſtantior, uel Reipublicæ utilior, ſtudijs meis ad Reipublicæ uſum cõparatis hanc operã eſſe daturus: id quod perofficioſe ac lubens, ut tua eſt humanitas, obtuliſti. Mitto tibi igitur libros, quos ſummo omnium Regi dedicatos cupio: meum ſi probaueris inſtitutum, tuoq; iuueris (ut ſpero) fauore, reliqua ex uoto ſucceſſura confido. Vale, Zaſi ſapientiſſime, ac de me tibi cuncta poſthac, quæ ab amantiſſimo Cliente, tuiq; ſtudioſiſſimo ſunt ſperanda in omne tempus tuo iure uiciſſim pollicеberé.

De Primatu

Scrupulus uerò, qui propter legitimam atq; alimenta fiebat, uel ob id exolet, quòd alimentorum loco & legitimæ maior natu præſtabit fratribus (niſi aliundè alioqui habeant, quo ſe alant) ad uictum neceſſaria pro modo uel Regalis dignitatis & opum regni, ſi primogenitus ſit Regis: uel priuatarum facultatum, & honeſtate perſonarum, ſi priuatæ ſortis Patris ſit filius. Sic enim Hoſtienſis & Ioannes Andreæ docent in.c. licet.ex.de uoto, facit tex.in.l.ſi quis à liberis.poſt prin. ubi & gloſ.in uer. Vt operis.ff.de liber.agnoſcē. Neq; adeò ob id ius tollitur naturale: quo filij ad Patris ſucceſsionem uocantur, tametſi primogenitus cæteris præferatur: ſed eidem iuri naturali modus ex probabili cauſa, conſeruandi honorem atq; familiæ dignitatem, & uelut quoddam temperamentum duntaxat additur. Facit.l.filio.ff.de liber.& poſthum.l.ij.&.§.Nec enim naturalis ratio.ff.de Vſufruct.earum rerum quæ uſu conſum.l.in rebus.C.de Iure doti.

SVCCESSIONEM PRIMOGENITURÆ deferri ab inteſtato: Regibuſq; de Regnis in Teſtamento diſponere, eſſe nefas: id quod de Ducibus quoq;, Marchionibus, & Comitibus, qui ditiones habeant Regalium dignitatum, eſt cenſendum.

Caput. III.

OBſeruandum tamen hoc loco, quòd in regnis prærogatiua Primogenituræ defertur abinteſtato iure hæreditario: per ſucceſsionem: non autem per electionem datur. Nam quemadmodum feuda, quæ ex prouidentia domini directi conceduntur. c.i. §. cum uerò Conradus. in tit. qui feud. dar. poſſ. Hæreditario iure deſcendentibus uaſalli competunt ab inteſtato: necp Vaſallus ipſe de illis Teſtamento quicquàm poteſt diſponere. c. i. in prin. in tit. de ſucceſ. feud.. Ita & lex primogenituræ, quæ ab ipſo iure Primatus ſuam (ut dixi) habet originem, ſola ſucceſsione ab inteſtatato inter fratres ſeniori debet deferri: ut ne Pater Rex quicquàm de tali Regno poſsit in teſtamento diſponere. Patet in dictis. c. licet. extra de uoto & uoti redempti. c. grandi. de ſupplen. neglig. Prælator. Lib. 6. Vnde compertum eſt, Regna non electione, ſed ſucceſsione tantùm tribui. Propterea reprahenſus eſt gloſſator in. c. Moyſes. in uer. non ſanguini. per illum tex. 8. q. i. dicens Regna, ſicut Imperium electione conferri. Imò uerò ex approbata omnibus ſæculis conſuetudine Regna ab inteſtato ſucceſsione primogenito obuenire, certum eſt. Patet hoc in allegatis iam locis: idcp ipſum docet gloſſator, in. c. Denicp. in prin. in uer. Rege ſuo. per illum tex. 7. q. i. inquiens filium Regis Regem iure

iure eſſe debere: à quo & Archidiaconus Bononienſis nequaquàm diſſenſit in. d. c. Moyſes. 8. quæſt. i.
Neq; ſolis Regibus adempta eſt hac ratione de Regnis ſuis teſtandi facultas: ſed etiam Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, qui ditiones habent Regalium dignitatum, eſt denegata. c. in prin. in tit. de ſucceſſ. feud. Nec enim poſſunt eiuſcemodi dominia diuidi: ne honos atq; Regia dignitas ipſorum, tali diuiſione minuatur, tandemq; pereat. c. Imperialem. §. Præterea. in tit. de prohibi. feudi alienati. per Federic. Idem teſtat̃ glo. ult. in fi. in allegato. c. licet. ex. de uoto. facit tex. in. c. Intellecto. ex. de iureiurand. c. Maioribus. ex. de præbend. & dignit.

REGNVM QVID SIT: ET alienationes bonorum Regni quatenus Regi permiſſæ.

Caput. IIII.

QVamobrem aiebat Baldus in Auth. Hoc amplius. col. 2. Verſ. Item Regnum. & uerſ. oppono & uideur. C. de fideicommiſ. quòd Regnum eſt quid perfectum, ac ob id debet eſſe unum & indiuiduum: quia Rex ſignificatur per corpus coronæ ſphericum: cuius figuram in partes facta ſectio protinus deſtrueret. Et alibi idem Baldus ſcribit, neq; inter uiuos poſſe Regẽ, aut Principem per contractũ uel alio modo alienare Regalia in præiudicium ſucceſſorum: quamuis

quamuis aliàs Rex, aut Princeps obligetur ex contra-ctu, & eiuſcemodi obligatio actiuè & paſsiuè tranſeat in hæredes. c. i. §. amplius. in tit. de pace conſtant. c. Intellecto. ex. de iureiurand. c. i. ex. de probation.

Veruntamen quod ad alienationes Regi permiſſas ſpectat: ita probabilius ſtatues. Poſſe nempè Regem in præiudicium etiam primogeniti donare coniugi Reginæ aliqua bona Regni immobilia. arg. l. dona-tiones. C. de Donationibus inter uir. & uxor. Item & Eccleſiæ. c. Abbate ſanè. §. pro parte. de ſentent. & re iudic. Lib. 6. Vnde uoluit Speculator in tit. de inſtru-mentor. æditi. in. §. nunc autem uidendum reſtat. ſub finem. quòd Rex uel Imperator, aut quiuis alius ex memoratis Princeps, queat de bonis Regni extruere Monaſteriũ, & annuos illi reditus, ceu dotis loco, ad-dere: Neq; ſucceſſori ius reuocandi alienationem iſti-uſmodi fore. arg. c. Paſtoralis. ex. de donatio. & c. Auditis. ex. de in integr. reſtituti. Niſi fortè ex tali alie-natione immobilium Regni, Imperij, uel Ducatus, im-modicè atq; enormiter læderetur Regnum, Imperium aut Principatus: ſiquidem iureiurando aſſumptus in Regem inter Regni auſpicia promittat, ſe iura & bo-na Regni non diſtracturum. d. c. Intellecto. ex. de iu-reiurand. Inde nimirum cernere eſt, Regi prodi-go & dilapidatori curatorem ſiuè coadiutorem dari. c. grandi. de ſupplend. neglig. Prælàtor. Lib. 6. Meri-tò tum ſucceſſor alienata reuocaret. l. Non dubium. C. de legib.

de legibus. d. c. Intellecto. ex. de iureiuran.§.ſinimus. in Auth. de non alienand. aut permutand. Eodem tamen loco uoluit idem Speculator, ſucceſſori quoq; tum non licere immodicam alienationem anteceſſoris reſcindere, ubi ea Imperij, Regni, uel Ducatus diſtracta bona, eſſent longa temporis præſcriptione illi, in quem collata fuiſſent, aut aliqua alia legitima cauſſa acquiſita.

LEGITIMAE CAVSAE, QVIbus Rex primogenitum eius Regno priuare poteſt, quæ?

Caput V.

VErum quippè eſt, quod priore loco probauimus: non poſſe Regem in præiudicium eius primogeniti regnum (bona diſtrahendo) grauiter lædere: nunquid autem poterit idem Rex pater toto Regno primogenitum priuare, nunc cognoſcamus. Reſpondeo, integrum dubio procul futurum patri Regi, ſicut Summo quoq; Pontifici & Imperatori, ex cauſa (quamuis ratione diuerſa) primogenitum Regno planè exuere. Porrò patri Regi omnes cauſæ, quæ aliàs parentibus cunctis, priuatæ ſortis hominibus, exhæredationem liberorum permittunt, iuſtæ erunt priuandi primogenitum regno. Hoſtienſis & Io. Andreæ in.c. licet.ex.de uoto.

Legitimæ uerò exhæredationis cauſæ numero ſunt quatuordecim. §. aliud quoq; capitulum. §. cauſas. in Auth. Vt cum de appellati. cognoſcit. gloſſa in. c. Quintauallis.ex.de iureiurand. Quamobrem ſi pater ſine aliqua ex his cauſa auferret Primogenito Regnū, & teſtamento conferret illud fortè in ſecundo genitum: nihil ageret. l. Nemo poteſt. ff. de legat. i.c.Requiſiſti.ex.de teſtam.c. ſi diligenti. ex.de foro compet. Cum enim legitima Primogeniti, ſit totum Regnum, quoniam diuidi in partes Regnum non debet, ſecundum Hoſtien.& Io.Andreę in. d.c.licet.ex.de uoto.& loco priore ipſe tradidi: reliquum utiq; eſt, quòd ſine cauſa legibus cognita Primogenitus ſua legitima, hoc eſt, Regno, priuari non poſſit.c.Raynutius.ex.de teſta. cum ſimilibus. Proindè exhæredatus à patre Primogenitus, aget uel inofficioſi teſtamenti quærela. l.i.& toto.tit.ff.&.C.de inoffi.teſtam.uel ad ſupplementum legitimę, id eſt, ad integrum Regnum conſequendum: ſi partem Regni pater alij in ultima uoluntate reliquiſſet, l.omnimodò.C.de inoffic.teſtam.

QVIBVS EX CAVSIS PApa uel Imperator Regem de Solio regali deijcere, aut Regis Primogenitum ſucceſſione Regni queat priuare.

Caput.VI.

Caput VI.

POterit identidem Papa, ut dixi, uel Imperator etiam, ex magna tamen cauſa, quæ euidens ſit & manifeſta, Regem eijcere Regno: exempli gratia, Si Papa ex cauſa inobedientiæ & non ſeruati paterni ſuſcepti mandati filium iure Primogenituræ, & ſuccedendi ſpe priuaret: iure id faceret. d. c. licet. ex. de uoto. eſt locus expreſſus in. c. Ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re iudica. Lib. 6. in Clementi. Paſtoralis. de ſenten. & re iudica. At ex qualibet cauſa, utputa, qua Feudum perdit Vaſſallus, uel pater alioqui exhæredat filium, Pontifex Romanus aut Cæſar Regem uel Primogenitum Regno priuare non debet: ſiquidem grauiores, futuri (ut mea quidem fert opinio) periculi uitandi cauſa, Regis aut Primogeniti culpas exiſtere oporteat, quò eũ ſummus Princeps Regno excludat. Conſtat id ex allegatis. c. Ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re iudica. Lib. 6. & Clement. Paſtoralis. eod. tit. de ſentẽ. & re iudi. Et rurſus ex ſæpiꝰ alleg. c. licet. ex. de uoto. Adde Bal. in. l. ult. C. de legi.

Habet porrò poteſtatẽ Papa maximè, ſuper Reges, Regna, & Imperium: illoſq; ubi res poſtulat, in Imperio confirmat. c. ſolitę. ex. de maiorit. et obedi. c. Venerabilem. ex. de electi on. meritò & eos uiciſſim ex cauſa de Solio Regali iure deijcit. l. eius eſt nolle. ff. de regul. iur. l. Nolle adire. l. Is poteſt. ff. acquir. hæredit. l. ſi puellæ. ff. de ſponſalib. l. Quis ſit fugitiuus. §.

 Idem

Idem ait ſi ſeruus. ff. edili. edict. l. pater Seuerinam. in prin. ff. de conditi. & demonſtrati. Eſt percommodus de hoc locus in. c. Alius. 15. q. 6. c. duo ſunt. 96. diſtinct.

INGRESSV MONASTERII Regnum, Pontificatum, Imperium, & quamlibet aliam principalem dignitatem è ueſtigio amitti.

Caput. VII.

AMittit æq; primogenitus Regnum ſi Monachus fiat: quinimò & Rex iam conſtitutus, uel Papa, Imperator, Epiſcopus, Dux, Marchio, aut Comes per Monaſterij ingreſſum dignitatem cum Iuriſdictione omni perdit. c. Scripſit nobis Teberga. ubi gloſ. prima per illum tex. notat 27. q. ij. Nam cùm Monachus proprium habere nihil poſſit. c. nõ dicatis. 12. q. i. Auth. Ingreſſi. cũ materia. C. de ſacroſanct. Eccleſi. & Regnum, commune pluribus (ſiue Monachis ſiue alijs) eſſe, lex conſuetudinis planè prohibeat, uti inito ſcripſi: neceſſum eſt profectò, Regnum nihil habere cum Monacho aut Monaſterio affine. Id qd' & Baldus quoq; ſic docuit in. c. cum in Magiſtrum. ſub. nu. iij. ex. de electio. Ad hæc, quia Monachus neq; uelle quicquàm poteſt, neq; etiam nolle: dicendum eſt, Regnum nulla ratione eum poſſe inire. c. ſi Religioſus. de electio. Lib. 6. c. Religioſus. de teſtam. Lib. 6. d. c. Non dicatis. 12. q. i. c. ult. de ſepultur. Lib. 6. Cardinalis

CARDINALIS VEL ALIUS Clericus Sæcularis qui primogenitus Principis non ſit, an conſuetudine primogenituræ ligetur, & per conſequens excludatur á ſucceßione.

Caput. VIII.

HIs proximum erit diſpicere, num ſecundo genitus, qui ſecularis tantum Clericus aut Cardinalis ſit, excludatur Regno propter Laicorũ cõſuetudinem, quę ſoli primogenito integrũ Regnũ alioquin tribuit.

Videtur ſanè ſecundo genito Clerico non officere Laicorum illam conſuetudinem, quo minus in Regno unà cum fratre primogenito ex æquo ſuccedat. Porrò aliàs frequens eſt, atq; receptum conſuetudine Laicorum non obſtringi Clericos. Sic enim docent Hoſtienſis. In ſumma tit. de conſuetudi. §. ult. uerſ. ſed pone inter laicos. Cynuſq; poſt Iacobũ de arena. in. l. ij. col. ult. uerſ. tertiò quæritur. C. Quæ ſit longa conſue.

Pro quorum ſententia illud quis rectè adduxerit: ex Laicis & Clericis duo diuerſi populi conſtituuntur. c. duo ſunt. 12. q. i. & duo illis ſeparati ſunt iudices. c. At ſi Clerici. c. Clerici. ex. de Iudici. c. ij. c. ſi quis contra. c. ſi diligenti. & per totum illum titul. ex. de foro compet. Benè facit tex. in. l. ſi eadem. ff. de officio aſſeſſor. Igitur unus populus uiuet ac ſubijcietur proprijs, non

aũt alterius populi legib.l.oẽs populi.ff.de Iuſti.& iur. facit.l.Placet.C.de Epiſco.& Cle.c.Illud.c.ſcit.12.diſti.

Dein Clerici ſunt Laicis maiores. c. ſolitæ. ex.de Maiorit.& obedient. Meritò Clerici non deuinciuntur legibus,ſeu conſuetudine Laicorum : qui Clericis ſunt inferiores.l.Labeo. §.tractemus.l. Nam Magiſtratus.ff.de Receptis arbitr.c.Inferior.21.diſt.c.cũ inferior.ex.de maiorit.& obed. Id quod ex plebis etiam Romanæ ſtatutis clarè cernitur : quæ non prius Patricios & Senatores obligarunt, quàm ipſi per legẽ Orteñſiã ad hoc latam Plebiſcita illa pro generali lege receperint.l.ij.§.deindè cùm eſſet in ciuitate.ff.de orig. iur.§.Plebiſcitum.Inſtit.de iure naturali. Eódem ſpectat,quoniã lex & cõſuetudo æquiperant̃.l.de quib.ff. de legib.Sed lex non niſi ſubditos obſtringit.l.i.l.ij.ff. de legib.l.extra territoriũ.ff.de Iuriſd.om.Iud.l.cũctos populos.C.de Sum̃a Trin.& fid.Catho.c.i.in prin.in tit.de pace tenend.c. A nobis.uerſ.Nec obſtat.ex.de ſenten.excõmu.c.ij.de cõſtitut.Lib.6.Probè conuenit tex.in.c.ſi ſententia.de ſen.excõmu.Lib.6.Ergò iſtiuſmodi Laicorum cõſuetudo ad Clericos Laicis minimè ſubditos nequaquàm pertinebit.

Præterea Clericus militi comparatur.l.ij.uerſ.eum autem.C.ut nemo priuat.tit. Namq; & milites cæleſtis militię ipſi ſunt,militareq; Chriſto dicuntur.glo.i. in.l.penultima.ff.de Militar.teſtam.eſt tex.in.c.i.ex.de Cleri.ægrot.c.Saluator.i.q.3.c.i.ſub fi.in tit.de uaſall.

milit.

milit. qui arma belli: de poſtu. Verùm milites, qui arma bellica tractant, non parent legibus ad Laicos ſiuè Paganos latis. l. ult. in prin. uerſ. Sed & ueterem. C. de Iur. deliberan. l. i. & toto tit. ff. & C. de milita. teſtam. Ideoq; nec Clerici legibus illis obedire ſunt cogendi.

Atqui ſi ſe ſua ſponte uellent Clerici ſubijcere Laicorum legibus & iudicio, id eis non foret integrum. c. ſi diligenti. c. ſignificaſti. ex. de foro compet. Vnde ſiuè lex aut conſuetudo, ſiuè quæcq; alia Laicorum conſtitutio, quæ Clericorũ libertati aut Eccleſijs officeret, uel ipſis etiam utilis eſſet, ipſo iure nulla eſt. Auth. caſſa & irrita. C. De ſacroſanct. Eccleſi. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. c. quæ in Eccleſiarum. ex. de conſtitut. c. Benè quidem. 96. diſtinct. c. ult. ex. de reb. Eccleſ. nõ alienand. Identidem de cõſuetudine Clericis atq; Eccleſijs noxia (quòd nulla ſit) iure etiam nominatim cauetur. in. c. i. c. cum inter. ex. de conſuetudi. c. Clerici ex. de Iudici. c. cùm cauſa. ex. de ſententia & re iudi. & in d. Auth. Caſſa. C. de ſacroſanctis Eccleſ.

Ad hæc, conſutudinẽ iſtam, quæ primiogenito uniuerſam tribuit parẽtis ſucceſsionẽ, iniquã & irrationabilẽ prorſuſq; reijciendã eſſe uel ob id conſtat, q̃d reliquis fratrib. aufert ſua bona, ipſis omni iure debita: reddens inuicẽ eos maximè inæquales. c. penul. c. ult. in fi. ex. de cõſuetu. Cũ tamẽ lex uocet liberos ex æquo oẽs ad parentũ ſucceſsionẽ. Inſtitu. de hæredit. quæ ab inteſta. deferunt. per tot. l. In ſuis. ff. de Lib. & poſthu. Et inter fratres æqualitatem ſeruari planè iubeat.

tua non improbarit, in uulgus etiã prodire quãdoq́; poſsit. Nã quòd Venatio apud Germanos plurimorũ diſſidiorũ ſit frequens & magna origo: hi aũt mei labores in ea parãda Venatione nihil aliud, q̃ æquitatem Iuſtitiæ alumnã, quàmq; pacis et pietatis ſtudia prędicent: nemine uirorũ mortaliũ magis decere iudicaui, eã tueri Venationẽ, atq́; te, Magne Maximiliane, q chariſsimę Patrię tuæ Germanię amans, diſsidia ciuiũ improbans, lites cõponens, pietatis cultor, Iuſtitię Sacerdos, et ęquitatis Princeps, ac optatus moderator exiſtis. Cũ itaq́; talẽ te uel ab ineũte ętate ſẽper præſtiteris, ut nõ modo immortalẽ Paternã & auitã gloriã ęquaturus, ſed et hominum de te ſummã opinionẽ concœptã ſuperaturus videare: quin tuo nomini mea hæc (quamuis Minerua tenui et ſtylo mediocri elaborata) pia mẽte dicarẽ, cõmittere nolui. Vale fœliciſsimè, Regum Maxime, meaq́; humilia ſtudia non dedigneris pro tua erga ſubditos fideles pietate habere cõmendata. Ingolſtadi o Idib. Ianuar. M. D. LXIII.

MAGNIFICO
NOBILI, ET DOCTISSIMO

Viro Domino Ioanni Vdalrico Zaſio I. V. Do-
ctori eximio, Auguſtiſsimi Romanorum Regis
Maximiliani Secundi &c. Vicecancella-
rio, Domino, amico, & Patrono ſin-
gulariter obſeruando. Fran-
ciſcus Zoannettus.
S. D.

NAtura comparatũ uidemus, *ſapientiſsime Zaſi, ut quemadmodum uirtus neglecta in ſquallore iacet, & uitis haud unq̃ utilem fructum profert, quæ non benè ſit exculta: ſic & uirorum ſtudioſorum ingenia, niſi amicorum officijs fuerint quandoq; adiuta, uix Reipublicæ multum ſint profutura. Quare cum proximè ſtatuiſſem, Magno Maximiliano, ceu magni æris debitor, hanc ſummi honoris Romanorũ Regiæ dignitatis factam ſibi nuper acceſsionem, uelut ſortis partem, humili gratulatione perſoluere: libros ad Regium culmen haud quaq̃ parum pertinentes Sacræ Regiæ eius Maieſtati*

Maieſtati conſecrare uolui. Cæterum quoniam te, quem ſingularis hæreditaria uirtus cum admiranda prudentia ac magna eruditone cõiuncta & inuictiſſimo Cæſari & optimo Romanorum Regi præ reliquis meritò commendat, mihi officio tuo ea in re plurimum prodeſſe poſſe uidebam: illud abs te amicè petij, nõ planè dubitans, quin tanto tu patre illo Vdalrico Zaſio genitus, quãto Germanorũ Iuris prudentiæ Profeſſorũ nemo re et fama uixit unquam uel præſtantior, uel Reipublicæ utilior, ſtudijs meis ad Reipublicæ uſum cõparatis hanc operã eſſe daturus: id quod perofficioſe ac lubens, ut tua eſt humanitas, obtuliſti. Mitto tibi igitur libros, quos ſummo omnium Regi dedicatos cupio: meum ſi probaueris inſtitutum, tuoque iuueris (ut ſpero) fauore, reliqua ex uoto ſucceſſura confido. Vale, Zaſi ſapientiſſime, ac de me tibi cuncta poſthac, quæ ab amantiſſimo Cliente, tuique ſtudioſiſſimo ſunt ſperanda in omne tempus tuo iure uiciſſim pollicebere.

De Primatu

Scrupulus uerò, qui propter legitimam atq; alimenta fiebat, uel ob id exolet, quòd alimentorum loco & legitimæ maior natu præſtabit fratribus (niſi aliundè alioqui habeant, quo ſe alant) ad uictum neceſſaria pro modo uel Regalis dignitatis & opum regni, ſi primogenitus ſit Regis: uel priuatarum facultatum, & honeſtate perſonarum, ſi priuatæ ſortis Patris ſit filius. Sic enim Hoſtienſis & Ioannes Andreæ docent in.c. licet.ex.de uoto.facit tex.in.l.ſi quis à liberis.poſt prin. ubi & gloſ.in uer. Vt operis.ff.de liber.agnoſcē. Neq; adeò ob id ius tollitur naturale; quo filij ad Patris ſucceſsionem uocantur, tametſi primogenitus cæteris præferatur: ſed eidem iuri naturali modus ex probabili cauſa, conſeruandi honorem atq; familiæ dignitatem, & uelut quoddam temperamentum duntaxat additur. Facit.l.filio.ff.de liber.& poſthum.l.ij.&.§.Nec enim naturalis ratio.ff.de Vſufruct.earum rerum quæ uſu conſum.l.in rebus.C.de Iure doti.

SVCCESSIONEM PRIMOGENituræ deferri ab inteſtato: Regibuſq; de Regnis in Teſtamento diſponere, eſſe nefas: id quod de Ducibus quoq;, Marchionibus, & Comitibus, qui ditiones habeant Regalium dignitatum, eſt cenſendum.

Caput. III.

OBſeruandum tamen hoc loco, quód in regnis prærogatiua Primogeníturæ defertur abinteſtato iure hæreditario: per ſucceſsionem: non autem per electionem datur. Nam quemadmodum feuda, quæ ex prouidentia domini directi conceduntur. c. i. §. cum uerò Conradus. in tit. qui feud. dar. poſſ. Hæreditario iure deſcendentibus uaſalli competunt ab inteſtato: necꝫ Vaſallus ipſe de illis Teſtamento quicquàm poteſt diſponere. c. i. in prin. in tit. de ſucceſ. feud.. Ita & lex primogenituræ, quæ ab ipſo iure Primatus ſuam (ut dixi) habet originem, ſola ſucceſsione ab inteſtatato inter fratres ſeniori debet deferri: ut ne Pater Rex quicquàm de tali Regno poſsit in teſtamento diſponere. Patet in dictis. c. licet. extra de uoto & uoti redempti. c. grandi. de ſupplen. neglig. Prælator. Lib. 6. Vnde compertum eſt, Regna non electione, ſed ſucceſsione tantùm tribui. Propterea reprahenſus eſt gloſſator in. c. Moyſes. in uer. non ſanguini. per illum tex. 8. q. i. dicens Regna, ſicut Imperium electione conferri. Imò uerò ex approbata omnibus ſæculis conſuetudine Regna ab inteſtato ſucceſsione primogenito obuenire, certum eſt. Patet hoc in allegatis iam locis; idcꝫ ipſum docet gloſſator, in. c. Denicꝫ. in prin. in uer. Rege ſuo. per illum tex. 7. q. i. inquiens filium Regis Regem

iure eſſe debere: à quo & Archidiaconus Bononienſis nequaquàm diſſenſit in. d. c. Moyſes. 8. quæſt. i. Nec ſolis Regibus adempta eſt hac ratione de Regnis ſuis teſtandi facultas: ſed etiam Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, qui ditiones habent Regalium dignitatum, eſt denegata. c. in prin. in tit. de ſucceſſ. feud. Nec enim poſſunt eiuſcemodi dominia diuidi: ne honos atq; Regia dignitas ipſorum, tali diuiſione minuatur, tandemq; pereat. c. Imperialem. §. Præterea. in tit. de prohibi. feudi alienati. per Federic. Idem teſtatur glo. ult. in fi. in allegato. c. licet. ex. de uoto. facit tex. in. c. Intellecto. ex. de iureiurand. c. Maioribus. ex. de præbend. & dignit.

REGNVM QVID SIT: ET alienationes bonorum Regni quatenus Regi permiſſæ.

Caput. IIII.

QVamobrem aiebat Baldus in Auth. Hoc amplius. col. 2. Verſ. Item Regnum. & uerſ. oppono & uideur. C. de fideicommiſ. quòd Regnum eſt quid perfectum, ac ob id debet eſſe unum & indiuiduum: quia Rex ſignificatur per corpus coronæ ſphericum: cuius figuram in partes facta ſectio protinus deſtrueret. Et alibi idem Baldus ſcribit, neq; inter uiuos poſſe Regē, aut Principem per contractū uel alio modo alienare Regalia in præiudicium ſucceſſorum: quamuis

quamuis aliàs Rex, aut Princeps obligetur ex contra-ctu, & eiuſcemodi obligatio actiuè & paſsiuè tranſeat in hæredes. c. i. §. amplius. in tit. de pace conſtant. c. Intellecto. ex. de iureiurand. c. i. ex. de probation.

Veruntamen quod ad alienationes Regi permiſſas ſpectat: ita probabilius ſtatues. Poſſe nempè Regem in præiudicium etiam primogeniti donare coniugi Reginæ aliqua bona Regni immobilia. arg. l. dona-tiones. C. de Donationibus inter uir. & uxor. Item & Eccleſiæ. c. Abbate ſanè. §. pro parte. de ſententi. & re iudic. Lib. 6. Vnde uoluit Speculator in tit. de inſtru-mentor. æditi. in. §. nunc autem uidendum reſtat. ſub finem. quòd Rex uel Imperator, aut quiuis alius ex memoratis Princeps, queat de bonis Regni extruere Monaſteriū, & annuos illi reditus, ceu dotis loco, ad-dere: Neq; ſucceſſori ius reuocandi alienationem iſti-uſmodi fore. arg. c. Paſtoralis. ex. de donatio. & c. Auditis. ex. de in integr. reſtituti. Niſi fortè ex tali alie-natione immobilium Regni, Imperij, uel Ducatus, im-modicè atq; enormiter læderetur Regnum, Imperium aut Principatus: ſiquidem iureiurando aſſumptus in Regem inter Regni auſpicia promittat, ſe iura & bo-na Regni non diſtracturum. d. c. Intellecto. ex. de iu-reiurand. Inde nimirum cernere eſt, Regi prodi-go & dilapidatori curatorem ſiuè coadiutorem dari. c. grandi. de ſupplend. neglig. Prælator. Lib. 6. Meri-tò tum ſucceſſor alienata reuocaret. l. Non dubium. C. de legib.

de legibus. d. c. Intellecto. ex. de iureiuran. §. ſinimus. in Auth. de non alienand. aut permutand. Eodem tamen loco uoluit idem Speculator, ſucceſſori quoq; tum non licere immodicam alienationem anteceſſoris reſcindere, ubi ea Imperij, Regni, uel Ducatus diſtracta bona, eſſent longa temporis præſcriptione illi, in quem collata fuiſſent, aut aliqua alia legitima cauſſa acquiſita.

LEGITIMAE CAVSAE, QVIbus Rex primogenitum eius Regno priuare poteſt, quæ?

Caput V.

VErum quippè eſt, quod priore loco probauimus: non poſſe Regem in præiudicium eius primogeniti regnum (bona diſtrahendo) grauiter lædere: nunquid autem poterit idem Rex pater toto Regno primogenitum priuare, nunc cognoſcamus. Reſpondeo, integrum dubio procul futurum patri Regi, ſicut Summo quoq; Pontifici & Imperatori, ex cauſa (quamuis ratione diuerſa) primogenitum Regno planè exuere. Porrò patri Regi omnes cauſæ, quæ aliàs parentibus cunctis, priuatæ ſortis hominibus, exhæredationem liberorum permittunt, iuſtæ erunt priuandi primogenitum regno. Hoſtienſis & Io. Andreæ in. c. licet. ex. de uoto.

Legitimæ uerò exhæredationis cauſæ numero ſunt quatuordecim. §. aliud quoq; capitulum. §. cauſas. in Auth. Vt cum de appellati. cognoſcit. gloſſa in. c. Quintauallis. ex. de iureiurand. Quamobrem ſi pater ſine aliqua ex his cauſa auferret Primogenito Regnũ, & teſtamento conferret illud fortè in ſecundo genitum; nihil ageret. l. Nemo poteſt. ff. de legat. i. c. Requiſiſti. ex. de teſtam. c. ſi diligenti. ex. de foro compet. Cum enim legitima Primogeniti, ſit totum Regnum, quoniam diuidi in partes Regnum non debet, ſecundum Hoſtien. & Io. Andreę in. d. c. licet. ex. de uoto. & loco priore ipſe tradidi: reliquum utiq; eſt, quòd ſine cauſa legibus cognita Primogenitus ſua legitima, hoc eſt, Regno, priuari non poſſit. c. Raynutius. ex. de teſta. cum ſimilibus. Proindè exhæredatus à patre Primogenitus, aget uel inofficioſi teſtamenti quærela. l. i. & toto. tit. ff. & . C. de inoffi. teſtam. uel ad ſupplementum legitimę, id eſt, ad integrum Regnum conſequendum: ſi partem Regni pater alij in ultima uoluntate reliquiſſet. l. omnimodò. C. de inoffic. teſtam.

QVIBVS EX CAVSIS PApa uel Imperator Regem de Solio regali deijcere, aut Regis Primogenitum ſucceßione Regni queat priuare.

Caput. VI.

Caput VI.

POterit identidem Papa, ut dixi, uel Imperator etiam, ex magna tamen cauſa, quæ euidens ſit & manifeſta, Regem eijcere Regno: exempli gratia, Si Papa ex cauſa inobedientiæ & non ſeruati paterni ſuſcepti mandati filium iure Primogenituræ, & ſuccedendi ſpe priuaret: iure id faceret. d.c. licet. ex. de uoto. eſt locus expreſſus in. c. Ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re iudica. Lib. 6. in Clementi. Paſtoralis. de ſenten. & re iudica. At ex qualibet cauſa, utputa, qua Feudum perdit Vaſallus, uel pater alioqui exhæredat filium, Pontifex Romanus aut Cæſar Regem uel Primogenitum Regno priuare non debet: ſiquidem grauiores, futuri (ut mea quidem fert opinio) periculi uitandi cauſa, Regis aut Primogeniti culpas exiſtere oporteat, quò eũ ſummus Princeps Regno excludat. Conſtat id ex allegatis. c. Ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re iudica. Lib. 6. & Clement. Paſtoralis. eod. tit. de ſentẽ. & re iudi. Et rurſus ex ſæpi⁹ alleg. c. licet. ex. de uoto. Adde Bal. in. l. ult. C. de legi.

Habet porrò poteſtatẽ Papa maximè, ſuper Reges, Regna, & Imperium: illoſq́, ubi res poſtulat, in Imperio confirmat. c. ſolitę. ex. de maiorit. et obedi. c. Venerabilem. ex. de electiõn. meritò & eos uiciſſim ex cauſa de Solio Regali iure deijcit. l. eius eſt nolle. ff. de regul. iur. l. Nolle adire. l. Is poteſt. ff. acquir. hæredit. l. ſi puellæ. ff. de ſponſalib. l. Quis ſit fugitiuus. §.

Idem ait ſi ſeruus. ff. edili. edict. l. pater Seuerinam. in prin. ff. de conditi. & demonſtrati. Eſt percommodus de hoc locus in. c. Alius. 15. q. 6. c. duo ſunt. 96. diſtinct.

INGRESSV MONASTERII Regnum, Pontificatum, Imperium, & quamlibet aliam principalem dignitatem è ueſtigio amitti.

Caput. VII.

AMittit æquè primogenitus Regnum ſi Monachus fiat: quinimò & Rex iam conſtitutus, uel Papa, Imperator, Epiſcopus, Dux, Marchio, aut Comes per Monaſterij ingreſſum dignitatem cum Iuriſdictione omni perdit. c. Scripſit nobis Teberga. ubi gloſ. prima per illum tex. notat 27. q. ij. Nam cùm Monachus proprium habere nihil poſſit. c. nõ dicatis. 12. q. i. Auth. Ingreſſi. cũ materia. C. de ſacroſanct. Ecclesi. & Regnum, commune pluribus (ſiue Monachis ſiue alijs) eſſe, lex conſuetudinis planè prohibeat, uti inito ſcripſi: neceſſum eſt profectò, Regnum nihil habere cum Monacho aut Monaſterio affine. Id qđ & Baldus quoque ſic docuit in. c. cum in Magiſtrum. ſub. nu. iij. ex. de electio. Ad hæc, quia Monachus neque uelle quicquàm poteſt, neque etiam nolle: dicendum eſt, Regnum nulla ratione eum poſſe inire. c. ſi Religioſus. de electio. Lib. 6. c. Religioſus. de teſtam. Lib. 6. d. c. Non dicatis. 12. q. i. c. ult. de ſepultur. Lib. 6.

Cardinalis

CARDINALIS VEL ALIVS *Clericus Sæcularis qui primogenitus Principis non ſit, an conſuetudine primogenituræ ligetur, & per conſequens excludatur á ſucceſſione.*

Caput. VIII.

HIs proximum erit diſpicere, num ſecundo genitus, qui ſecularis tantum Clericus aut Cardinalis ſit, excludatur Regno propter Laicorũ cõſuetudinem, quę ſoli primogenito integrũ Regnũ alioquin tribuit.

Videtur ſanè ſecundo genito Clerico non officere Laicorum illam conſuetudinem, quo minus in Regno unà cum fratre primogenito ex æquo ſuccedat. Porrò aliàs frequens eſt, atq; receptum conſuetudine Laicorum non obſtringi Clericos. Sic enim docent Hoſtienſis. In ſumma tit. de conſuetudi. §. ult. uerſ. ſed pone inter laicos. Cynuſq; poſt Iacobũ de arena. in. l. ij. col. ult. uerſ. tertiò quæritur. C. Quæ ſit longa conſue.

Pro quorum ſententia illud quis rectè adduxerit: ex Laicis & Clericis duo diuerſi populi conſtituuntur. c. duo ſunt. 12. q. i. & duo illis ſeparati ſunt iudices. c. At ſi Clerici. c. Clerici. ex. de Iudici. c. ij. c. ſi quis contra. c. ſi diligenti. & per totum illum titul. ex. de foro compet. Benè facit tex. in. l. ſi eadem. ff. de officio aſſeſſor. Igitur unus populus uiuet ac ſubijcietur proprijs, non

aũt alterius populi legib.l.oẽs populi.ff.de Iuſti.& iur. ſacit.l.Placet.C.de Epiſco.& Cle.c.Illud.c.ſcit.12.diſti.

Dein Clerici ſunt Laicis maiores. c. ſolitæ. ex. de Maiorit.& obedient. Meritò Clerici non deuinciuntur legibus, ſeu conſuetudine Laicorum: qui Clericis ſunt inferiores. l. Labeo. §. tractemus. l. Nam Magiſtratus.ff.de Receptis arbitr.c.Inferior.21.diſt.c.cũ inferior.ex.de maiorit.& obed. Id quod ex plebis etiam Romanæ ſtatutis clarè cernitur: quæ non prius Patricios & Senatores obligarunt, quàm ipſi per legẽ Ortenſiã ad hoc latam Plebiſcita illa pro generali lege receperint.l.ij.§.deindè cùm eſſet in ciuitate.ff.de orig. iur.§.Plebiſcitum.Inſtit.de iure naturali. Eódem ſpectat, quoniã lex & cõſuetudo æquiperant̃.l.de quib.ff. de legib.Sed lex non niſi ſubditos obſtringit.l.i.l.ij.ff. de legib.l.extra territoriũ.ff.de Iuriſd.om.Iud.l.cũctos populos.C.de Sum̃a Trin.& fid.Catho.c.i.in prin. in tit. de pace tenend.c. A nobis.uerſ.Nec obſtat.ex. de ſenten.excõmu.c.ij.de cõſtitut.Lib.6.Probè conuenit tex. in.c.ſi ſententia.de ſen.excõmu.Lib.6.Ergò iſtiuſmodi Laicorum cõſuetudo ad Clericos Laicis minimè ſubditos nequaquàm pertinebit.

Præterea Clericus militi comparatur.l.ij. uerſ. eum autem. C.ut nemo priuat. tit. Namq; & milites cæleſtis militię ipſi ſunt, militareq; Chriſto dicuntur.glo.i. in.l.penultima.ff.de Militar.teſtam.eſt tex.in.c.i.ex.de Cleri.ægrot.c.Saluator.i.q.3.c.i.ſub fi. in tit. de uaſall.

milit.

milit.qui arma belli: depoſu. Verùm milites, qui arma bellica tractant, non parent legibus ad Laicos ſiuè Paganos latis. l.ult.in prin.uerſ.Sed & ueterem.C.de Iur.deliberan.l.i.& toto tit. ff. &. C.de milita.teſtam. Ideoq; nec Clerici legibus illis obedire ſunt cogendi.

Atqui ſi ſe ſua ſponte uellent Clerici ſubijcere Laicorum legibus & iudicio, id eis non foret integrum.c. ſi diligenti.c.ſignificaſti.ex.de foro compet. Vnde ſiuè lex aut conſuetudo, ſiuè quæq; alia Laicorum conſtitutio, quæ Clericorũ libertati aut Eccleſijs officeret, uel ipſis etiam utilis eſſet, ipſo iure nulla eſt. Auth.caſſa & irrita. C. De ſacroſanct.Eccleſi. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. c. quæ in Eccleſiarum. ex. de conſtitut. c. Benè quidem.96. diſtinct. c.ult.ex.de reb. Eccleſ. nõ alienand. Identidem de cõſuetudine Clericis atq; Eccleſijs noxia (quòd nulla ſit) iure etiam nominatim cauetur.in.c.i.c.cum inter.ex.de conſuetudi. c. Clerici ex.de Iudici.c. cùm cauſa. ex.de ſententia & re iudi. & in d.Auth.Caſſa.C.de ſacroſanctis Eccleſ.

Ad hæc, conſutudinẽ iſtam, quæ primiogenito uniuerſam tribuit parẽtis ſucceſsionẽ, iniquã & irrationabilẽ prorſuſq; reijciendã eſſe uel ob id conſtat, q̃d reliquis fratrib.aufert ſua bona, ipſis omni iure debita: reddens inuicẽ eos maximè inæquales.c.penul.c.ult. in fi. ex.de cõſuetu. Cũ tamẽ lex uocet liberos ex æquo oẽs ad parentũ ſucceſsionẽ.Inſtitu. de hæredit. quæ ab inteſta. deferunt. per tot. l. In ſuis. ff. de Lib. & poſthu. Et inter fratres æqualitatem ſeruari planè iubeat.

L. ut liberis. l. Illud. C. de Collatio. l. ult. C. Commun. Vtr. iudi. facit tex. in. l. cum Pater. §. euictis. §. Pater pluribus. ff. de legat. ij. L. quæſitum. §. ſed & ipſe Papinianus. ff. de Fundo inſtructo. Idcircò à Clericis ad ſolos Laicos releganda uidetur eiuſcemodi legibus inimica primogenituræ conſuetudo.

Verũ enimuerò iam prò Clerico recẽſita reddi dubia perfacilè poſſunt: quia Laicorũ cõſuetudine Clericos obligari, alibi adnotatur. per glo. i. in. l. de quib. ff. de Legibus. & gloſ. i. in. l. i. C. quæ ſit longa conſue.

Huc nimirum referendum, quòd feudorum conſuetudines, quæ à Laicis ſanè ſuam ducunt originem, non modò prohibent Clericum ſuccedere in feudo, ſed etiam ubi primùm inierit Clericatum illud ei protinus adimunt. c. i. in tit. de Vaſal. milite, qui arma belli. depoſu. c. i. §. qui Clericus. in tit. Si de feudo defunc. conten. ſit. c. i. in tit. an mut. & aliàs imperfect.

Tertiò idem ſuadetur ratione; etenim ſi Clericus eſſet primogenitus Patris ſui, libenter ea primatus & ſuccedendi in uniuerſo Principatu conſuetudine contra fratres ſuos uteretur: ergò eandem (quando eſt ſecundo genitus) aduerſum ſe pati debet. l. i. & toto tit. ff. quòd quiſq; iur. c. ult. ex. de uita & honeſtate Clericorum. Præſertim uerò quum talis conſuetudo æquitate nitatur: nè regna ſcilicet & Principatus in partes diuidantur, per parteſq; ruant, quemadmodũ in operis principio docui. c. Maiorib. ex. de præbend. c. ex literis.

ubi

ubi & glo. in uer. minutias. per illum tex. ex. de pignoribus. l. Ne in plures. ff. de exercitor. Si itaq; conſuetudinem hanc æquam dixeris: utiq; & eam ad priuilegiatos (uelut clericos, minores, & pupillos) pertinere, conſequens erit. Sic nanq; cernere eſt in poſſeſſore fundi, ſiue uſufructuario illo ſiue conductore, aut aliàs fructus agri percipiente: qui cum poſſeſſor ſit agri, tributa etiam ſoluere, non item Dominus communi iure ſcripto tenetur. l. Hactenus. ff. de uſufruct. l. Neq; ſtipendium. ff. de impenſ. in reb. dotali. facit. l. i. C. de annon. & tribut. Lib. 10. l. litibus. §. hęc de reditibus. C. de Agricol. & cenſit. Lib. 11. l. omnes. C. de colla. fund. patrim. Lib. 11. Verùm laicorum conſuetudo, quòd agrorum Domini tributa de fundis, non etiam poſſeſſores, pendere debeant, obligat identidem minores, qui inter priuilegiarios referuntur: quum talis conſuetudo haud quaquàm iniqua uideri poſſit. l. ſine herede. §. Lucius. ff. de adminiſtr. tutor. Quamobrem quum detrahat laicorum conſuetudo ſingulorum patrimonijs, tàm priuilegiatorum quàm non priuilegiatorum, ut dixi: facit. l. Venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. prædior. c. i. §. mulier. §. filij in tit. ſi de Feudo defunc. conten. ſit. ſuadet æquè rationis æquitas, ut ſecundo genito clerico in portione hæreditatis paternæ, iure alioqui ſibi debita, conſuetudo primatus ſiue primogenituræ detrahat. Nam & alias priuilegium Anglis conceſſum, prodeſt eiuſdem Regni clericis. c. Dilecti.

ex.de foro competen. Ideoq; è contra par eſt, quòd Clericos ipſos Laicorum conſuetudo obliget: ſiquidem iſta priuilegium & conſuetudo æquiparentur inuicem iure communi.c.conqueſtus.9.q.3.c. duo ſimul ex.de offi.Iudic.ordinar.c.Nouit.uerſ.Non enim.ex. de Iudici.Simili modo conſtat, exceptionem rei in foro Eccleſiaſtico iudicatæ iuuare (ſi obijciatur) in foro ſeculari & è contra.c.ij.de exceptionib.Lib.6. Ergò mutuis quaſi operis Laicorum & Clericorũ diſpoſitiones utriſq; uiciſſim inſeruire debebunt. Rurſus contra Secundogenitũ ratio unius eiuſdemq; originis & principij acriter pugnat. Porrò illa, quibus eſt eadem origo, ęquiparari inuicẽ, ceu maximè cognata, ſolent: hiſq; una iuris inditur diſpoſitio: ſicuti de Eccleſia atq; Imperio legitur in Auth.quomod.oport.Epiſcop.in prin.§.ſi nimus.uerſ.cùm nec utiq; multũ.in Auth.de nõ alien. aut permutand.reb.Eccleſ.c.Solitę uerſ.prętereà.ex.de Maiorit.& obedie. Facit quoq; tex.in.c.i.ex. de Cleri. pereg.c. ex parte.al.ij.c.cùm in tua.ex.de decim.l.ult.C. de liber.præterit.l.duodecim.C.legiti.hæred.§.noſtra. Inſtitu.de exhæredati.liberor.cum ſimilibus. Cęterùm Primogenitus & Secundogenitus Regis ſeu Principis eandem originẽ habuerunt atq; principiũ: quum nemo horũ Clericus ſit in lucẽ æditus: ſed ambo Laici & nudi fuerint nati. c.Sicut. 47. diſtinct. c.ult. de temp.ordin. Lib.6. Ipſum proindè Secundogenitũ (priuſquàm Clericus foret) à natiuitate uſq; primogeniturę cõſuetudo

ſucceſſione paterni regni aut principatus priuauit: Primogenito certè uniuerſam illam conferens. Vnde ſuperueniens Clericatus ius Primogenito iam dudùm quæſitum auferre non potuit.l.Id quod noſtrum eſt.ff. regul.iur.c.deniq;.ubi glo.notat.26.diſtinct.c.ſi quis.28.q.i.glo.ult.in.c.Quanto.ex.de diuort.Alioquin Clericatus diceretur iniuſtus,aduerſus præcepta Iuſtitiæ innitens.l.Iuſtitia eſt.ff.de Iuſtitia & iur.Qđ fateri uel credere,& falſum & perquàm abſurdum eſſet: quandoquidem Clericus, portio Chriſti ſeu hæreditas ſit.c. Cleros.in prin.21.diſtinct.c.Clericus.in prin.12.q.i. Accedit prædictis: quoniã ſi diceremus conſuetudine illa non excludi à ſucceſſione Regni Clericũ Secundogenitũ: fraus Secundogenitis omnibus ſub Clericatus patrocinio in promptu obuia eſſet: qđ minimè permittunt leges.l.cum hi.§.ſi cùm lis.ff.de tranſacti.l.i.§.Sed etſi quis.ibi,nam ſi aliter obſeruetur etc.ff.de Carb. edict.l.Ait prætor.in prin.ibi,alioquin etc.ff.de Iureiur.

Et hanc partem contra Secundogenitum Clericum tuetur Ioannes Andreæ ſubijciens tandem,quò omnia in contrarium obiecta amolliretur,eiuſcemodi declarationem in.c.Sine culpa.col.16.uerſ.Quia in præcedenti articulo.de regul.iur.Lib.6.ut ſi conſuetudo huiuſmodi Primogenituræ,uel ſtatutum & conſtitutio Regni tùm primũ in Regno aut Principatu inciperet, poſteaquàm Secundogenitus Clericatum iniſſet,eam Secundogenito Clerico,utpotè cui ius antea in Regno

eſſet quæſitum, haud nocituram. Qua nempe ratione idem Ioannes Andreæ, Hoſtienſis, Cyni, aliorumq; contrariam opinionem recipiendam authumat. Secus autem in tractata quæſtione: ubi conſuetudo primogenituræ ante nata quàm ſecundo genitus fieret clericus, integrum Regnum uel principatum Primogenito dedit. Ioannis Andreæ deciſioni ſubſcripſit Antonius Butrius in. c. quod clericis. col. 9. uerſ. Ideò ſi ſtatutum eſt factum, quod primogenitus etc. ex. de foro compet. Acceſſit Albericus de Roſate. in. l. cùm quis. col. penul. & fi. C. de naturalib. liber.

Quibus & ego deniq; alia conſideratione per omnia conſentio: præſertim uerò quòd memorata primogenituræ cõſuetudo ſuam refert originem ad legem non modo canonicam, qua pręcipuè confirmatur. c. licet ex. de uoto. c. grandi. de cleri. ægrot. Lib. 6. ſed etiam ad legem diuinam: quemadmodũ initio operis oſtendi: idq; ipſum teſtatur idem Ioannes Andreæ in alleg. c. licet. col. ij. uerſ. Sed nunquid pater etc. Igitur & clericos non minus quàm laicos conſuetudo iſta tenebit, per ea, quæ in prima parte contra Primogenitum fuère pridem obiecta.

Præter hæc, cogitandæ ſunt & Regnorum deſtructiones indè mox ſequuturę, iuxta Euangelicum illud, omne Regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Meritò ob id quoq; grauis detrimenti periculũ ingens uitandum, Regni expertem fore ſecundogenitum clericum, planè crediderim.

crediderim. argum. c. Quid per nouale. ex. de uerb. ſignifi. c. dilecti. c. ſuggeſtum. iuncta inibi gloſſa in uerb. priuilegia. in fi. ex. de Decim.

REGIO ALIQVO PRINCIpatu per Cæſarem ad primogenituræ legem erecto, ſi poſtea in confirmatione fortaſsis ſecundi Principis idem Cæſar nullam primogenituræ fecerit mentionem: num à primogenituræ lege cenſeatur receſſum, ut ex æquo filij Principis omnes in Principatu ſint ſucceſſuri.

Caput. IX.

VBi aliquot recenſuimus caſus, in quibus primogenito Regis ius ſuum in Regno detrahi aut non detrahi poſſe, oſtendimus: Videndum quoque non inſulſe erit: an ſi ſummus Princeps utputa Imperator Reipublicæ cuipiam & Regali dominio Principem unum aliquem & Ducem ea lege præfecerit: ut Duce illo defuncto ius primogenituræ inter filios eius ac deſcendentes maſculos in ſucceſsione Regij illius Principatus ſemper ordine ſeruaretur: aut deſcendenti eius linea extincta, quiſque eiuſdem familiæ maſculus

gradu proximiore ſuccederet in Principatu,in infinitum uſq; : ac dein ille idem forte Imperator, mortuo abſq; legitima ſobole primo Duce, in confirmatione ſecundi,ad normam primæ legis Cæſareæ ad Principatum uocati,nouam indiderit ſucceſsioni illius Principatus legem : uelut quòd ipſius ſecundi Ducis filij (detracta Primogeniti mentione) Patri ſuccederent in Principatu : an inquam ſolus Primogenitus huius ſecundi Ducis,uel omnes filij uiritim potius poſt Patris obitum in Regio Principatu ſuccedent? Quæſtio nimirum grauis eſt, quæ olim etiam poſſet ex facto contingere:Siquidem Regiæ cuidam ac maximæ Reipublicæ ab inuictiſsimo optimoq; Cæſare Carolo Quinto ita ad unguem contigiſſe, nuper legi.

Enimuerò quòd temporis anguſtia nunc cùm propter corporis inbecillitatem, tum propter aliorum negotiorum cumulum præmor,in aliud tempus ſubiectæ quæſtionis deciſionem reijcio.

FVRORE VEL AMENtia correptus Primogenitus ſucceſsione Regni quando priuetur.

Caput. X.

Excluderetur

EXcluderetur identidem Primogenitus ſucceſsione Regni uel cuiuſq; alterius Regalis dignitatis indiuiduæ, quando amentia uel furore perpetuò teneretur, arg.l.cùm prætor.§.Non autem.ff. de Iudici. l. Patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris Aliàs ſecus. Felyn. in. c. prudentiam. in prin.col.ij. uerſ.ubi uerò. ex. de officio delegat.Vbi uerò amentia, grauis languor corporis,aut furor ſuperueniret poſteaquàm iniſſet Regnum Primogenitus: non eſſet ob id Regno deijciendus: uerùm curator ſeu adiutor illi iungi deberet. c. grandi. de ſupplen. neglig. Prælator. Lib. 6. l. Iudex. l. cùm furioſus. ff. Iudici. l. oratione.§.furor.ff.de ritu nuptiar.Tradit Baldus in.c.i.in tit.de ſucceſſ. feud.

PRIMOGENITVS quis dicendus.

Caput. XI.

NVnc ſequenti loco quis dicatur Primogenitus Regis,eſt uidendum.Et frequenti calculo creditũ eſt,illum Primogenitũ Regis cenſendum, qui à Patre Rege ſit primũ conceptus: conceptus autẽ ante acceſſionẽ Regię dignitatis,nõ ſit pro Primogenito habendus. Filij etenim,qui naſcuntur,parentum uel humilitate notant̃,uel dignitate cõmendantur. l. Imperialis, §.illud.

§. illud. ubi gloſ. & Doctores. C. de ſecund. nupti.

Ideoq; conceptus ante Regiam dignitatem acquiſitam, non poteſt Regis filius uideri, ſed is tantum, qui primò poſt acquiſitum Regnũ fuerit genitus. c. Ioſeph. ex. de uerb. ſignifi. l. ij. §. in filijs. uerſ. ſed ſi Pater ipſius. ff. de Decurionib. l. emancipatum. §. ſi quis conceptus. ff. de ſenatorib. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebelli. facit tex. in. l. Statius florus. §. Cornelio fęlici. ff. de Iure fiſci. Socinus ſenior reſpondit in conſil. 275. incip. In cauſa fratrum. col. 9. uerſ. Sed poſito q; filij &c. Lib. 2. Feli. in c. Prudentiam. in prin. col. 3. uerſ. quòd ſi aliquis. ex. de offi. delegat. Sic & inter filios Darij de paterno Perſico Regno poſt Patrem uita functum certantes, Anapharnem eorum Patruum & certaminis arbitrum iudicaſſe, Iuſtinus Libro ſecundo auctor eſt. Quæ ſanè deciſio eſt intelligenda ſecundum prædicta: nempè quando ageretur de filio eius, qui non eſſet primogenitus alicuius Regis: & proinde ſpem nullam haberet ſuccedendi in Regno aliquo Patris, qui Rex non eſſet: quamuis poſteà idem Pater Regnũ adeptus, uirtute forſan, ſecundum filium genuiſſet. Alioquin ſi uocaretur in dubium: an nepos Primogenitus filij Primogeniti Regis, cõceptus uiuo Rege Auo, eſſet ſecundogenito nepoti, concepto poſt Aui Regis obitum ab eodem primogenito filio iam rerum in Regno potiente: inanis dubio procul diſceptatio foret: ſiquidem filius Regis primogenitus

uiuente

uiuente adhuc patre dicatur nihilominus Rex, et Regni quodammodò Dominus habeatur. c. cœpit Ermigild⁹ Rex. ubi glo. i. per illum tex. 24. q. ij. c. Deniq; ubi gloſ. in uer. Rege ſuo. per illum tex. 7. q. i. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthum.

QVALEM NAM PRAERO-gatiuam Primogenitus nepos ex Primogenito filio habeat aduerſus patruum in auito regno, remiſſiuè.

Caput XII.

POſteà uerò quàm de nepote Regis Primogenito fecimus iam mentionem, non ab re eſſet, prærogatiuam ipſius nepotis (præmortuo eius patre Primogenito) cum patruo propter auitum Regnum contendentis cognoſcere. Cæterùm quæſtionem tritam uarijs in locis à noſtratibus actam hoc loco recudere, ocium in præſentia non eſt. Tractata autem quæſtio eſt prolixè à Ioanne Andreæ in additi. ad Speculatorem. ſuper Rub. tit. de Feudis. uerſ. Redeundo ad indiuiduum etc. Alberico in proœmio digeſti ueteris. Panormitano in. c. licet. ex. de uoto. Cyno, Baldo, & alijs poſt antiquos. in. l. ſi uiua. per illum tex. in uerſ. Nam licet. C. de bon. matern. Et iterum à Baldo in. l. ex hoc iure. ff. de Iuſtit. & iur. Felyno in. c. Prudentiam. in prin.

col.iij. uerſ. Et ibi dicit quòd nepos etc.ex.de offic.delegati. ac denique Decio in Conſil. 443. In caſu ad me tranſmiſſo de Regno Portugaliæ. Lib. 4.

FÆMINÆ PRIMOGENITÆ, *nullis extantibus Maſculis, an in Regno paterno ſuccedat: remiſſiuè.*

Caput XIII.

AN autem Fæmina Primogenita (nullis extantibus Maſculis) ad Regni paterni ſucceſſionem ſit admittenda, Regioque & Iudicis ſimul munere fungi ualeat: habes ordinarias ſedes: quas tute olim (ſi uſu uenerit) inſpicere poteris in. c. dilecti. Vbi poſt gloſſam Doctores omnes. per illum tex. tradunt. ex. de arbitr. in. c. cùm deuotiſſimam. &. c. ſi ſeculi. ubi bona gloſ. in uer. Regia. Archidiaconus & reliqui. 12. q. ij. Ad hæc, textus. in. c. ſignificauit. ex. de reſcriptis.

Laus immortali Deo humani generis Seruatori, & glorioſæ Virgini eius genitrici per infinita ſæcula.

AMEN.

DE

DE DVPLICI VE=
natione, generali & germa=
nica, Liber, quàm antehac, au-
ctior accuratiorué.

Cui peruetus & elegans quæſtio, De
partu Ancillæ, eſt præmiſſa.

Ad

L. In pecudum fructu. ff. de vſur.

FRANCISCO ZOAN-
netto Auctore.

Dd ij QVÆ

QVÆ HOC IN OPERE POtiſsimùm continentur.

I.

QVæſtio de partu Ancillæ peruetus diligenter explicata.

II.

De Venatione in genere.

III.

De Venatione Clericorum.

IIII.

De Venatione in ſpecie Germanica.

V.

De officio Cæſaris in auferenda popularibus Venatione & Vaſallis concedenda.

VI.

De damnis, quæ á feris beſtijs inferuntur popularibus, per Vaſallos Principes aut Nobiles reſtituendis.

VII.

De pœnis, quibus capientes contra probibitionem feras ſint haud dubiè afficiendi.

FINIS.

SVM-

SVMMARIA.

1. PArtum Ancillæ non eſſe in fructu habendum, Bruti ſententiam probabiliorem fuiſſe. Qua in re ſeptem obſcura Papiniani, Pauli, Neratij, atq; Vlpiani, Iuriſconſultorum reſponſa ab auctore illuſtrata, uſq; ad num 5.

2. Cedere diẽ, alio modo in cõtractibus, & longè diuerſo modo in legatis et fideicommiſsis accipi.

3. Acceſsiones legati uel fideicommiſsi in diem aut ſub conditione relicti illo medio tempore obuenientes hæredi (non item fideicommiſſario) teſtatoris iudicio cedere: ipſiq; hæredi in falcidiam, ſi eius quæſtio incidat, imputari.

4. Falcidiæ uel Trebellianicæ rationem haud iniri abſq; totius hæreditatis æſtimatione.

5. Verbum, computare, ſiuè imputare, ad falcidiam uel falcidiæ fructus relatum, de pretio rerum intelligi.

6. Rationem Iuriſconſulti, cur Ancillæ partus in fructu non ſit habendus, graui obiecto argumento oppugnari: quæ tamen poſtea nu. 12. defenſa eſt, & nu. 13.

7. Diabolum Impatientiæ Patrem, impatienter tuliſſe, Deum cuncta creata homini ſubieciſſe.

8. Dominium rerum non à Iure gentium ſed à Iure diuino eſſe, aduerſus Bartolum & communem aliorũ opinionem oſtendi, & nu. 10.

9. Ius diuinum cur appelletur Ius naturale & nonnunq; etiam Ius gentium primæuum ſeu antiquum.

10. Dominia rerum unà cum naturali poſſeſsione ſuum habere initiũ.

11. Dominia cum poſſeſsione rerum immobilium Iure gentium ſecundario fuiſſe diſtincta: additurq; noua declaratio ad. l. ex hoc iure. ff. de Iuſtitia & Iure.

12. Hominem dignum fuiſſe qui Deum cognoſceret.

13. Seruitutem homini ipſius hominis gratia contigiſſe.

14. Fructuum appellatione contineri proprie hi, qui ex terra naturaliter percipiuntur, ſi modo hi renaſcantur: quamuis & fœtus pecorum ac

rum ac aliæ utilitates in fructu quocꝫ adnumerentur. num. 17.

15. Redituum appellationem, quàm fructuum, generaliorem.

16. Acceſsionum ciuilium generalis appellatio: ſub qua uſuræ, ſntereſſe, penſiones, & commoda quædam comprehendantur.

18. Frugum appellatione, quæ contineantur.

19. Venatio quando inter fructus numeretur.

20. Aucupia & piſcationes quando in fructu habeantur.

21. Venationis ferarum generaliter ſumptæ diffinitio.

22. Venationis nomen in ſacris oraculis ſæpius in malam, quàm in bonam, partem accipi: ac ob id, Venatores à ſanctis Patribus malè plerunꝙ audire: & cur. nu. 25.

23. Venationem ferarum à Iure diuino eſſe, quomodo intelligendum.

24. Venationis ferarum ſtudioſiſsimi populi, qui.

25. Venationem nunꝙ fermè abſꝙ diuini cultus neglectu armis, dolis, retibus, atꝙ inſidijs, haberi.

26. Venatorem pro inſidiatore, nonnunꝙ pro Diabolo, aliquando pro homicida in ſacris libris accipi.

27. Venatione Epiſcopis, Clericis, & Monachis, Item canes, uel accipitres uenationis ergo alere, cur interdicitur.

28. Venatorum quenꝙ non legi fuiſſe ſanctum, piſcatores autē multos fuiſſe ſanctos à ſanctis Patribus tradi, cur?

29. Piſcatorem hominum piſcatori piſcium graphicè cōparari: Venatori autem, ſiuè hominum, ſiuè ferarum, longè diſſimilem.

30. Venari Clericis & Monachis per ſemetipſos duobus tantum caſibus abſꝙ tamen clamore, canibus, & auibus, licere: Epiſcopis uero, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis nullo caſu concedi.

31. Venari per Laicos ad id conſtitutos cum clamore etiā, canibus, atꝙ auibus, quando permiſſum ſit Clericis, Monachis, Epiſcopis, Presbyteris & ſimilibus.

32. Epiſcopo Hoſtienſi ex coturnicum aucupio magnos eſſe reditus.

33. Venandi licentiam ubiꝙ liberam, Iure gentium ſecundario primùm nonnihil coanguſtatam.

34. Ingredientem fundum alterius, inuito domino, iniuriarum illi fieri reum. Quod limitatur nu 49.

35. Venari tempore Ieiunij eſſe nephas.

36. Venandi licentiam à Principibus recognoſcentibus ſuperiorem non poſſe ſubditis adimi.

37. Allegata mentem allegantis & ſenſum indicant.

Principi

38. Principi ſummo non licere, uenationem prohibere ſubditis & cõcedere Nobilibus ſeu Vaſallis, quoſdã pluſq; ſuppinè errantes dicere auſos.

39. Imperatores, Diocletianum & Gordianum, queſtos, quòd à nemine ueritatem ſe audire dicerent.

40. Aſſentatores qui.

41. Seditioſi, qui.

42. Imperatorem cõſueſſe, Vaſallis Principibus, atq; Nobilibus Germanis, in feudorum inueſtituris cõcedere uenationes: & eam conceſſionem conſuetudine gentis declarari, ut ſubditis ipſo iure cenſeatur uenandi facultas adempta: eamq; uenandi facultatem rectè ademptam: & nu. 70. 71.

43. Iuriſdictionem ordinariam conſuetudine ac moribus tribui ſiuè maſculo ſiuè fœminæ.

44. Principem ſummum poſſe ex rationabili cauſa contra ius naturale & gentium diſponere, ac rerum dominium uni auferre, & alteri dare.

45. Cauſa rationabilis adimendi uni dominium rerum ſuarum & dandi alteri in ſummo Principe, quæ ſit: & nu. 69.

46. Vaſallos Principes & alios Nobiles, qui à Cæſare feuda recipiunt, milites ipſius Cæſaris, ex feudorum conſuetudine eſſe.

47. Damnum uitare cupientem præferendum illi, qui lucrum quærit.

48. Venationi Germanicæ tria ineſſe obſeruatu neceſſaria.

49. Ingredi fundum alienum, inuito domino, poſſe illum, qui iuriſdictionem in loco habet.

50. Venari feras, cuiuis hominum abſq; perſonarum delectu iure naturali permiſſum.

51. Venari in alienis agris prohibito permodicum noceri.

52. Modica non eſſe reſpicienda.

53. Solennitatem modicam omiſſam non obeſſe actui.

54. Percuſſio modica ſeruo illata non tribuit iniuriarum actionem domino.

55. Venari in fundis, quorũ reditus ex uenatione conſtent, ſi Cæſar dominos prohibeat, teneri tamen Cæſarem ipſis dominis fundorum precia ſoluere. Quod ſi non faceret, diuinam Maieſtatem læſurum, ut nu. 57.

56. Precium rei iuſtum ſolui oportere domino, cui res per ſuperiorem auferatur: & nu 58.

Peccatum

57. Peccatum non remitti abſq; reſtitutione ablati uel eius precij.
59. Venationem,quæ fructus fundi non ſit,in ſpe fragili conſiſtere.
60. Spem,in fortuito euentu conſiſtentem,poſſe uendi , donari , uel ad hæredes tranſmitti : in bonis tamen noſtris eam non eſſe.
61. Sperata longè minoris fieri,quàm poſſeſſa.
62. Venandi feras ſpem multis oneribus & ſumptui coniunctam : ac ob id longè minoris faciendam,ut nu. 63.
63. Rem diſpendijs & oneribus annexam tanto minoris faciendam.
64. Vicinum moleſtū,eſſe cauſam,ut domus illi uicina minoris ualeat.
65. Legitimam filio non eſſe dandam ex bonis , quibus petulans ſit uicinus.
66. Gymnaſia illa fugienda, in quibus rixoſus , aut maledicus alatur Profeſſor.
67. Collegam uel ſocium iniurium alijs,aut damnoſum , non eſſe tolerandum.
68. Fabrum ſua opera liberalium Artium Profeſſori moleſtum poſſe inde expelli.
69. Voluntatē ſummi Principis pro cauſa iuſta & rationabili in transferendo dominium de uno in alium,habendam.
71. Imperatorem ius Reipublicæ habere.
72. Venatione à Cæſare Vaſallis conceſſa & ſubditis adempta, intelligi abſq; alio ſubditorum detrimento id factum.
73. Vaſallos Principes ac Nobiles Germanos teneri ſubditis ſuis damna à feris beſtijs, quas abigere prohibentur, illata utroq; Iure & fori & poli ſub pœna mortalis peccati,reſtituere.
74. Vaſallos Principes Germanos ac Nobiles propter malam tractationem ſubditorum,occaſione uenationis & ferarum,poſſe feudis priuari. Et quid prius facto opus ſit.nu.77.
75. Vaſallū re domini ſui abuti,dum ſubditos damnis adficit : ideoq; feudo priuandum.
76. Vaſallum à domino ſuo male tractatum, non propterea ſubditis ſuis oneroſum eſſe debere.
77. Vaſallum ob malam ſubditorum tractationem non prius feudo Iure eijci, quàm à domino feudi admonitus eius rei fuerit.
78. Vaſallum,qui non patitur ſubditos proficiſci ad dominum feudi directum,querelas de eo expoſitum,læſe Maieſtatis fieri reum.
79. Poſſeſſionem ſeu quaſi poſſeſſionem Iuris negatiui acquiri ex prohibitione unius & patientia alterius,

Iuri

80. Iuri ſeu ſeruituti, habenti cauſam continuam, decem annis inter præſentes, uiginti inter abſentes: habenti uerò cauſam interpollatam, tanto tempore, cuius initij memoria non extet, præſcribi.
81. Poſſeſsionem vel quaſi iuris adfirmatiui ex actu triginta dies, non ui, non precario, non clàm repetito acquiri.
82. Vaſallis Principibus germanis atq; Nobilibus ius venandi in alienis agris, & agrorum Dominos à Venatione prohibendi, eſſe dudum præſcriptione quæſitum.
83. Præſcribi his, quæ ſunt meræ facultatis, etſi nullo unquam tempore poſsit: attamen per prohibitionem vnius acquirere volentis, & patientiam alterius, quaſi poſſeſsionem eorum acquiri, ac longiſsimo tum tempore illis præſcribi, dubium non eſſe.
84. Piſcandi in flumine publico ius quis ſolus acquirit, ſi alios inibi piſcari non patiatur, & prohibitioni non repugnent illi.
85. Bonam fidem in genere præſcriptionis oriri ex ingreſſu fundi ſæpius repetito, & patientia Domini fundi præſtita.
86. Præſcriptioni vim ineſſe traditionis, contractus, & veritatis.
87. Seruitutes à Iure gentium eſſe.
88. Titulum aut cauſam acquiſitæ ſeruitutis pandere non teneri, qui præſcripſit.
89. Vetuſtatem in ſeruitutibus pro iure & cauſa habendam.
90. Principibus & Nobilibus germanis quænam remedia competant pro tuitione Iuris venandi eis quæſiti.
91. Reſpondetur obiectis malorum cenſorum germanicæ venationis.
92. Ius diuinum, quando prohibituum non eſt nec pænale, poſſe humana conſtitutione diſtingui.
93. Principem ſummum non poſſe ius naturale aut gentium abrogare prorſus in genere ſuo: Sed illud limitare, vel ei addere, aut detrahere ex cauſa poſſe.
94. Declarantur dicta Doctorum in.c.non eſt.ex.de decimis.
95. Declaratio ad.l.Iniuriarum §.ult.ff.Iniurij.
96. Vaſallos Principes germanos ac nobiles non credi vetuiſſe initio ſubditis venari, capitis pæna indicta.
97. Delicta non præſumi in dubio.
98. Vſum tanti temporis, cuius memoria in contrarium non extet, habere vim conceſsionis ſummi Principis ex certa ſcientia factæ.
99. Pęna popularium capientium feras in Germania contra Principum vel Nobilium prohibitionē qualis eſſe debeat, vſq; ad numerum 101.

100. Capientes feras beſtias contra ſuorum Principum aut Nobilium mandatum, furtum non facere.
101. Feras beſtias in territorio alicuius Principis, aut Nobilis, ad quem Venatio ſolum pertineat, liberè vagantes non poſſe dici eſſe illius Principis aut Nobilis.
102. Capientes feras viuarijs incluſas, aut repertas in eo fundo, cuius fructus ex Venatione conſtent, furtum facere, pænaq; furti plecti poſſe.
103. Seruitutem prædialem ad vſum duntaxat vicinorum prædiorum eſſe adinuentam.
104. Seruitutem perſonalem cum perſona finiri.
105. Venationem germanicam, præter omnium opinionem, eſſe ſeruitutem in fundis popularium iuriſdictioni Principum atq; Nobilium debitam.
106. Seruitutem prædialem ad quoſcunq; ſucceſſores, etiam ſingulares, cum prædio tranſire.
107. Venationem Germanicam inſtar realis ſeruitutis haberi: & Iuriſdictionis eſſe ſeruitutem innominatam: ut nu. 110.
108. Proprietatem Iuriſdictionis dici, atq; proprietatem fundi.
109. Iuriſdictionem coherere perſonæ magiſtratus, & coherere territorio diuerſis reſpectibus.
111. Venationis Germanicæ diffinitio.
112. Venatio ſi facto Domini Siluæ fiat deterior, qua actione contra illum acturi ſint Germani Principes, atq; Nobiles.
113. Principes & Nobiles Germanos in ſubditorum popularium ſiluis, Venationis ergo, ita verſari oportere, ut non immodicè noceant.

FINIS.

DE

DE DVPLICI VE= NATIONE CVM GENERA- li tùm ſpeciali Germanica Liber.

PVLCHERRIMAM hanc legem ex puriſſimis Phi= loſophiæ fontibus à Caio de= ſumptam, & libris ſuis Rerum quotidianarum (propter quo= tidianum nempè eius uſum) olim meritò inſcriptam, hoc tempore pro loco explicandam eſſe exiſtimaui. In ea lege ſunt duæ potiſſimùm partes: in priore agitur de fructu pecudum, in altera de Ancillæ partu. Verùm à ſecunda parte, cùm propter ſubiecti dignioris excel= lentiam, tùm ut de prima prolixius diſſerere poſteà ua= leamus, noſtram exordiar interpretationem. L. In pecudum fructu. ff. de vſur.

Quæſtio de Ancillæ partu.

VEtus quæſtio inter Romanæ urbis Viros Princi= pes (ut Cicero ſcribit) P. Scæuolam, M. Manili=

um, & M. Brutum fuit: an partus Ancillæ eſſet ne in fructu habendus. Illorum ſcripta (quòd & acutum genus in his fuerit, & ad utilitatem ciuium accommodatum) ab ipſo Cicerone ſæpius libenter perlecta, tradit.

1. † Sed ut ad inſtitutam quæſtionem redeamus: Scæuola & Manilius partum Ancillæ in fructu eſſe uoluerunt: Brutus uerò contra: Siquidem partum in fructu eſſe poſſe negauit. Bruti ſententia (Vlpiano teſte) obtinuit: acproindè Ancillæ partum fructuario non deberi, idem Vlpianus cum Bruto docuit. l. uetus. ff. de uſufruct.

Bruti decreto poſteriores Iuriſconſulti omnes ſubſcripſere: Sic nanque Caius in hac. l. In pecudum. Sic Imperator in. §. In pecudum. Inſti. de rer. diuiſi. Idem Papinian. cenſuit in. l. Equis. la. i. ſup. hoc eod. tit. de uſur. Vbi fætus (ſcilicet primos) equarum, quæ per fideicommiſſum relictæ fuerunt, poſt moram, uti fructus, præſtandos, uerùm fætus ſecundos præſtari, uti cauſam (hoc eſt, uti proprietatem) quemadmodum Mulieris partum, reſpondit. Igitur reliquum eſt (ſi Papiniano credimus) Ancillæ partum non connumerari in fructu, ſed proprietati accedere.

Idipſum æque adfirmat Paulus in. l. Partum. ſup. eod. tit. de uſur. inquiens: à poſſeſſore, bonæfidei nempè, Ancillę partum poſt litem conteſtatam (tunc enim deſijt is eſſe bonęfidei poſſeſſor) ęditum reſtitui proprietario oportere (intellige, non uelut fructū rei poſſeſſæ,

ſed

ſed tanquam eiuſdem rei partem potius: quoniam ſi moram non feciſſet reſtitutioni Ancillæ poſſeſſor, partum illum cum Ancilla dominus idemque actor habuiſſet.l. cùm res. §. Item ſi fundus.in fi. ff. de lega.i.) At ſecus, quando iam partus eſſet natus, quum peteretur Ancilla: quia partus non eſſet reſtituendus, niſi ſpecialiter & pro illo quoque partu fuiſſet actum. Quamobrem ſi poteſt uerus Ancillę dominus pro partu ædito ante conteſtatam litem ſpecialiter, ſicuti pro Ancilla agere: neceſſum profectò eſt, partum illum in fructu non eſſe: alioqui ſi in fructu eſſet, eum lucraretur is, qui ante litem conteſtatam bona fide Ancillam poſſedit.l.Bonæ fidei.§.et ouium fœtus.ff.de acquir.rer.domi.& hac noſtra lege in 2. reſponſo: ſicque non poſſet Ancillæ dominus talem partum uendicare.

Rurſum Marci Bruti ſententiam emulatur Vlpianus in.l.Ancillarum.ff.de petiti.hæredit.ſcribens: Ancillarum partus & partuum partus non exiſtimari eſſe earundem fructus: quoniam Ancillæ non ſic temerè comparantur, ut quemadmodum Bruta ſcilicet, pariant, ac per conſequens illarum partus ſint in fructu (quaſi dixerit I.C. foret nempè conſilium hoc temerarium & ſtultum: Sed comparantur Ancillæ, ut operis ſuis inſeruiant dominis & fructum ſui in illis præbeant.) Idcircò eiuſcemodi hæreditarium Ancillarum partus hæreditatem ipſam augent.

Bruto accedit iterum Paul.in.l.Paulus.§.hæres. ſup.

eod. tit. Rogatus hæres poſt mortem ſuam ſine redi-tu hæreditatem reſtituere, partus Ancillarum ante diem fideicommiſsi cedentem æditos fideicommiſſa-rio (inquit Paulus) non debet. At qui primo intuitu uidetur, quòd Paulus Bruto non accedat, ſed perſpicuè contradicat ſentiens: partus Ancillarum uiuo hærede æditos redituum appellatione contineri: ac propterea fidei commiſſo etiam non compræhendi.

2. † Cæterùm quò deciſionem illius reſponſi & eius rationem intelligas, ſcire oportet, quòd cedere diem, accipitur uno modo in contractibus, ſicuti uidere eſt in.l.Cedere diem.ff. de uerb.ſignifi. qui quidem mo-dus ad præſentem quæſtionem non pertinet: & lon-gè alio modo habetur in legatis & fideicõmiſsis, prout plenè traditur in toto tit. ff. quando dies legati ced. & in.l.uni.C.de caduc.tollend.

Vndè quod ad rem propoſitam ſpectat, ubi legatũ uel fideicõmiſſum relinquitur ſub die incerta, ueluti cũ hæres morietur, hæreditatem reſtituat Caio &c. iuxta l.ſi cùm hæres. in. i.reſpon. ff. quando dies legat. ced. perindè eſt, ac ſi ſub condit. fideicõmiſſum fuiſſet reli-ctũ.l.Dies incertus.ff.de cõditi.& demon.ob idq; eius relicti dies nõ prius cedit, quã dies certus (puta mortis hæredis) extiterit, ſicq; conditio fuerit impleta. Ideoq; ante aduentũ illius diei, ſi fideicõmiſſarius moreretur, nihil de fideicõmiſſo illo ad ipſius hæredes tranſmitte-ret; quoniã dies fideicõmiſsi nõ diceretur ceſsiſſe.d.l.Si

cùm

cùm hæres.in 2. reſpon.l.huiuſmodi.uerſ.nam tale legatum.l.Si dies.uerſ.at ſi incerta.ff. quando dic. legat. ced.l.Si ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione. ff. de legat.2.

His ergò ſum̃atim cognitis,ſententiam Pauli.in.d. l.Paul.§.hæres.ſup.eod. facilè percipies. Porrò dubitatum in ſubiecta diſceptatione fuit, propter illa nimirùm teſtatoris uerba,ſine reditu etc. an nō partus Ancillarum æditi anteàq̃ dies fideicommiſsi ceſſiſſet (& ſic ante obitum hæredis rogati) eſſent reſtituendi fideicōmiſſario:quaſi dixerit I. C.quia reditus duntaxat, id eſt, fructus hæreditatis, excepit teſtator: propterea uideri poterat, quòd Ancillarum partus, qui in fructu non ſunt,fideicommiſſario deberentur. Sed Paul.reſpondit,illos Ancillarū partus uiuo hærede rogato natos nō eſſe fideicōmiſſario reſtituendos. Quod quidē reſponſum ſum̃a nititur ratione. Etenim licet in reditu ſeu in fructu nō contineantur Ancillarū partus,ùt hac noſtra lege cū alijs ſimilibus: nihilomagis tamen eiuſcemodi partus ad fideicommiſſarium, cui nihil prorſus ante cedentem fideicommiſsi diem ex eo fideicōmiſſo debetur, pertinent. d. l. ſi dies. uerſ. at ſi incerta. ff. quando dies lega.ced.cū ſimilib. paulò ante adductis. Proindè reliquum eſt,tales partus hæredi,qui aditione hæreditatis dominus eius fuit effectus,ceu proprietario,rectiſsimè adijci.§.Reſtituta.Inſti.de fideicōmiſſar. hæredit. §. ult.Inſti. per quas perſon.nob. acquir.§.In pecudum.Inſti.de rer.diuiſi.& hac noſtra lege.

Idem

Idem quoq; uoluit inibi Paul. propter eandē nempè rationem, ubi Ancilla ſpecialiter in diem incertam, deducto reditu, fuiſſet per fideicommiſſum relicta. Vtrunq; reſponſum comprobat ipſe Paulus Neratij exemplo, ut inibi legitur. At uerò ſecus cum eodem Neratio cenſuit ibidem Paulus, quando Ancillarum partus poſt diem fideicommiſsi cedentem (hoc eſt, poſteaq; extitiſſet dies reſtituendi fideicommiſsi, qui eſt dies obitus rogati hæredis) nati fuiſſent: tum hi fideicommiſſario planè reſtituendi forent.

Hoc poſtremum, de reſtituendo Ancillarum partus poſt diem fideicommiſsi cedentem æditos, ſic æq; tradit Papin. (quamuis uerbis ſubobſcurioribus) in. l. Deducta. §. hæreditatem. ff. ad trebelli. Ratio huius minimè in ambiguo eſt: etenim ubi dies fideicommiſsi ceſsit, fideicommiſſum ipſum ad fideicommiſſarium pertinere cepit, ut modo dixi: meritò & Ancillarum hæreditariarum partus. Vel etiam præter gloſſam (ſi intelligas ibi Papinianum loqui de partu Ancillæ nato ante diem fideicommiſsi cedentem, ſicuti Papiniani uerba generaliter prolata uidentur ſignificare) expone illic Papinianum reſponſum ſic: ut Ancillarum partus non poſsit hæres, beneficio nempè exceptionis factæ de reditibus (quia partus Ancillæ in reditu non eſt) retinere: uerùntamen alia ratione (ſicq; Papiniani legem declarabit alia lex, Neratij nempè & Pauli, prout aliàs unam partem legis alia pars declarat. l.

Qui

Qui filiabus.in prin.ubi & D D.ff.de leg.i.partum re-
tinere queat: ſiquidem hæres fuerit hæreditatis Ancil-
larumq; hæreditariarum Dominus & nihil prorſus de
tali fideicommiſſo, anteq; ceſiſſet dies eius, ad fideicom
miſſarium pertinuerit, quemadmodum pridem anno-
taui.

Neq; recepto Marci Bruti decreto aduerſatus fuit alibi Paulus in.l.Paul.reſpondit.§.i. in uerbis illis,& quartæ fructus computandos etc. ff.ad legem fal.quo loco uidetur ſenſiſſe Paulus, Ancillarum partus in fru-
ctu eſſe: id quod inibi gloſſator temerè adſeruit. Enim-
uerò pro indubitato ſenſu illius Paulini reſponſi ita ea
de re mecum ſtatues: † ubi teſtator fideicommiſſum 3.
in diem aut ſub conditione relinquit, acceſſiones tunc
medij temporis (ut puta fructus & Ancillarum partus)
hæredi teſtatoris iudicio cedere (licet ratione diuerſa,
ſicut paulò ante in explicatione alterius reſponſi Pauli
docui) exploratum eſſe: poſt tempus nanq;, intra qd'
acceſſiones potuerunt hæreditati contingere, uoluit
teſtator fideicommiſſum præſtari. Sed uerò ſi falcidiæ
quæſtio incidat, illas omnes acceſſiones hęredi pro fal-
cidia & falcidiæ fructibus, computandis nempè à die
obitus teſtatoris (ſi modò ſufficiant) planè eſſe debe-
re, nihilq; omninò de illis, uel etiam fortè ſuperfluis, fi-
deicommiſſario reſtitui oportere.l.Mulier.§.ſi hæres.
uerſ. Alia cauſa eſt.l. In fideicommiſſaria. in prin.ubi
bona glo.i.ff. ad Trebelli.l.In lege falcidia non habe-

Ff tur.

tur.l. Quod de bonis.§.fructus.iuncta.d.l.Paul.reſpondit.in.§.i.ff.ad.l.falcid.

4. † Denicp & aliud ſcies: quòd ubi de quarta falcidia ſeu de quarta Trebellianica agitur, ibi totius hæreditatis, quæ in duodecim partes diuiditur, æſtimatio initur. l.i.in prin.& in.§.ſecundo capite.l. In falcidia æſtimatio.l.Quod de bonis.§.quarta.ff.ad.l.fal.§. Quantitas. Inſti.eod.l.omnium bonorum.ff.de uſufruct.Quare quum in allegata Pauli lege ſcripſerit I.C. Ancillarum partus in quartæ, falcidię nimirùm, fructus eſſe computandos: nõ erit illud ita accipiendum, ut quaſi ſenſerit, partum Ancillæ in fructu eſſe: Atqui potius, quoniam partus huiuſmodi in quartam falcidiam imputantur, in cuius ſanè quartæ ratione ponenda æſtimatio totius hæreditatis ſeu ualor.iuſtus conſiderari penitus debet: ad æſtimationem identidem pretij fructuum quartæ, pretium partuum Ancillarum ſit neceſſariò referendum. Alioqui non poſſet ſciri, nùm Ancillarum partus ſufficerent pro quarta & quartæ fructibus. Sicqp noluit Paulus, ut Ancillarum partus in fructu falcidiæ ſint, ſed quòd ualor partuum conputetur cum æſtimatione falcidiæ, & fructuum falcidiæ. Proinde & alijs quocp uerbis cautè uſus eſt eo in loco Paulus, quàm ut in fructu Ancillarũ partus haberi, poſſit illis ſignificari. Reſpondit etenim, partus Ancillarum in quartã & quartæ fru-

5. ctus computandos. † Quod quidem uerbum, computare, ſiuè imputare, quando ad falcidiam uel ad falcidiæ

fructus

fructus refertur, pretium ipſarum rerum duntaxat, ſeu pretij ualorem computandum, non autem ipſas rerum ſpecies uel partuum corpora, propriè demonſtrat. d. l. In lege falcidia non habetur. l. In quartam. in prin. iuncta. d. l. In falcidia æſtimatio. l. In ratione legis falcidiæ retentiones. in prin. ff. ad. l. falci. d. l. In fideicommiſſaria. in prin. ff. ad Trebelli.

At quando negat I. C. ipſa partuum Ancillarũ corpora inter fructus haberi, alijs id multò diuerſis uerbis profert inquiens: Ancillarũ partus in fructu nõ ſunt, ut hac præſenti. l. In pecudũ. l. uetus quęſtio. uerſ. nec enim. ff. de uſufruc. §. In pecudũ. Inſti. de rer. diuiſi. Vnde liquet, quòd Paulus in allega. l. Paulus reſpondit. §. i. ff. ad legẽ falcid. noluit, propter memorata uerba, Ancillarũ partus in fructu eſſe. Hactenus de explicatione multarum legum, quę de Ancillarũ partu loquentes, cùm in ſenſu tùm in uerbis obſcuriores nunquàm non Maioribus noſtris ſunt uiſę. Iam, ſi placet, rationem intueamur, cur Ancillæ partum in fructu eſſe ueteres noluerunt.

Apertiſſimę ſcribit rationẽ in hac lege Caiꝰ, quamobrẽ Ancillę partus in fructu nõ ſit: ſiquidẽ abſurdũ foret, inquit ille, hominẽ eſſe in fructu: quum oẽs fructus rerum natura (hoc eſt Deus) hominũ gratia cõparauerit. Eandem rationẽ Iuſtinianus referẽdo probat in alleg. §. In pecudũ. Inſti. de rer. diuiſ. † Qđ aũt Deus omnipotens oẽs fructus, hominis ergò, cõparauerit: facilè id palpamus ſimulq; cuncti manifeſtè cõſpicimus. Cęterũ quòd 6.

 propterea

proptereà abſurdum uideretur, hominem eſſe in fru-ctu: non ſat exploratum adhuc habeo. Nam eadem planè ratione ſerui non poſſent inter res, quæ ſunt domini uel proprietatis noſtræ, haberi: quia Deus omnia animantia Maris, Cœli, Terræ, imò ipſum Mare, Cœlum, Terram, & uniuerſa, quæ in eis ſunt (ſicq; rerum etiam proprietatem & Dominium) hominum gratia creauit, Geneſis 1. & 2. Vndè Tertullianus in libro, quem de patientia fecit, in Dyabolum inuehitur ſic ſcribens: † Natales impatientiæ in ipſo Dyabolo tunc depræhendo, quum Dominum Deum uniuerſa opera, quæ feciſſet, Imagini ſuæ, id eſt, homini, ſubieciſſe, impatienter tulit, etc. Veruntamen in lege hac noſtra, ſicut & in mille alijs, contrarium diſſertè traditur, nempè Ancillæ partum (quòd in fructu non ſit) ad ſolum proprietatis Dominium pertinere.

Fortiſſimum eſt quippè obiectũ iſtud à nemine antehac animaduerſum: Ideo q; quò tueamur Caiũ, huiuſce rationis nobis auctorem, negari poſſe tutò uidetur, iure diuino in rebus à Deo creatis proprietatẽ ſeu Dominium fuiſſe introductum. Vt enim Bar. poſt glo. & Cynum teſtatur in l. ex hoc iure. ff. de Iuſt. & iur. dominium rerum inuentum fuit non à iure diuino, ſed à iure tantũ gentium: meritò tùm benè ſequitur, quòd ſerui non prohibeantur eſſe in Dominio noſtro: quod quidem non à rerum natura, hominum gratia, ſed à iure gentium duntaxat fuit profectum.

Solutionem

Solutionem iſtam non probarim: † quia uerum non eſt, quòd rerum dominium à iure gentium ſit, & non à rerum natura, ſeu à iure diuino. Porrò Deus Protoplaſto Adæ (quum illum propter tranſgreſsionem legis cæleſti quaſi hoſpitio procul eijceret) ſempiterno edicto ſignificauit, eum in ſudore uultus ſui deinceps debere ueſci pane ſuo &c. Geneſis. 3. Sed pronomen illud, ſuo, (quemadmodum & reliqua id genus pronomina) dominium panis oſtendit. l. Certum. §. Sed & ſi fundum. ubi & Bar. per illum tex. ff. de confeſſ. l. Quintus la. 2. §. Argento. & ibi Bar. notat per illum tex. ff. de aur. & arg. legat. Igitur rerum dominium à Iure diuino fuit primitus introductum. Id quod etiam Nerua filius acutè uidit in. l. i. in prin. ff. de acqui. poſſeſsi. dum adſerere non dubitauit: dominium rerum ex naturali poſſeſsione cœpiſſe: cuiuſmodique rei ueſtigiũ (id eſt, exemplum ſeu euidens ſignũ atque indicium non obſcurum) etiamnùm remanere in his, quæ cælo, terra, marique capiuntur: quum hæc protinus capientium fiant. Quippè animantia cuncta, creata, homini ilicò ſubiecit Deus, ut modo dixi: ac per conſequens illorum cõfeſtim fieri, qui primi ea cœpiſſent, neceſſario ſimul dedit. 8.

† Verùm ius iſtud diuinum (quoniam unà cum genere humano rerum Natura prodidit) appellatur quoque ius naturale. c. Ius naturale. i. diſtinct. & quia eſt id commune Hominibus tantum & nõ Brutis: non- 9.

nuncꝗ etiam ius gentium primæuum legũ latores eleganter dixerunt.l. i.ibi & quia antiquũ ius gentiũ etc. ff.de acqui.rer.domi.§.Singulorum.Inſti. de rer.diuiſi.l.i.§.Ius gentium.ff.de Iuſt.& iur.

Neꝗ Pauli Caſtrenſis de hoc opinionem ab ſe nouè inuentam amplector, in.l. Ex hoc iure. Sub nu.20. uerſ. Quid ergo &c.ff.de Iuſt.& Iur.putantis, diuerſo iure dominium eorũ,quæ cælo,terra, mariꝗ capiuntur, fuiſſe adinuentum: quàm dominium rerum immobilium. Etenim contrarium Neratius diuini humaniꝗ Iuris peritiſsimus nos docuiſſe uiſus eſt dùm inquit: non eſſe conditionem litorum maris diſsimilem conditioni piſcium & ferarum: quæ, ſimul atꝗ appræhenſæ ſunt, ſine dubio eius, in cuius poteſtatem peruenerunt, dominij fiunt. l. Quod in litore.ff.de acqui.rer. domi. Idem æꝗ uoluit Nerua filius in.d.l.i.in prin.ff.de acqui.poſſeſſ.quo loco generaliter diſſerens de poſſeſsione rerum tàm immobiliũ ꝗ mobilium ſcribit: dominium rerum ſua primordia

10. ex naturali poſſeſsione ducere. † Quamobrem ubi cæpit naturalis poſſeſsio rerum quarumcunꝗ eſſe, indè & dominium rerum poſſeſſarum ſua initia habere conſtat. Sed poſſeſsio rerum mobilium & immobilium à iure naturali ſeu diuino deſcendit.d. c.Ius naturale. i. diſtinct. ergò & dominium rerum mobilium & immobilium ex eodem iure hominibus planè uenit.

† Quòd

† Quòd uerò de dominiorum diſtinctione traditur 11. ab Hermogeniano in memorata. l. Ex hoc iure. ff. de Iuſti. & iur. referendũ eſt proculdubiò ad ius gentium, quod ſecundariũ uocant, nec non & ad dominia rerũ immobilium: non autem ad ius gentium antiquũ, ſeu mauis dicere, diuinum, uel naturale, rerumq; mobiliũ dominia. Cùm enim poſſeſsio rerum immobilium illo naturali iure omnibus hominibus eſſet communis, allegato. c. Ius naturale i. diſtinct. neceſſum identidem erat, dominia earundem rerum immobilium omnibus hominibus tum eſſe communia, uti iam primùm autoritate Neruæ filij aſſeuerantis, dominium rerum à naturali poſſeſsione cœpiſſe, ſignificantius demonſtraui. Enimuerò Iure gentium ſecundario, quo bella geri cœpta ſunt, dominia illa rerum ſcilicet immobiliũ, quæ hactenus cõmunia hominib. remanſerant, unà cũ poſſeſsione quoq; cõmuni fuerunt diſtincta: & unuſquiſq; quid ſuum quidq; alienum in rebus immobilibus eſſet, tunc demùm cœpit cognoſcere. Hunc propriũ, hunc genuinũ Hermogeniani fuiſſe ſenſum in illa. l. Ex hoc iure. prorſus arbitror: quẽ nimirũ ſubiecta inibi uerba etiã magis aperiunt, agris termini poſiti etc. quaſi dixerit Hermogenianus: hoc Iure gentiũ dominia prædiorũ, quæ hactenus fuerãt cũ poſſeſsione eorundẽ cõmunia, ſunt inuicem diſtincta ſeu diuiſa: & quò ſic diſtincta atq; ſeparata facilius dignoſcerentur, poſsiderentur, ac permanerent: iiſdem fundis termini

fuere

fuere poſiti. Ex quibus ſanè uerbis & uera eorũ ſignificatione liquet: agi illic ſolum de diſtinguendis dominijs rerum immobilium: non quidem de illis introducendis, aut adinueniendis, uel tunc primùm inſtituendis. Idcircò loquens inibi legislator de ortu bellorum, & origine obligationum, uerbis illa omnia, ortum nempè & originem naturaliter, propriè& ſignificantibus accuratiſsimè utitur ſic ſcribens: Bella ex hoc iuregentiũ ſunt introducta, obligationes inſtitutæ etc. uolens utiq; teſtatum facere ante ius illud gentium, neq; Bella, neq; obligationes fuiſſe. Id quod de dominijs minimè gentium tradere uoluit: ſed ſcripſit tantùm illa eo iure fuiſſe diſtincta.

Et quòd illo Iuregentium ſecundario fuerint diuiſa cum poſſeſsione agrorum dominia: intelligi quoq; poteſt ex textu in. c. Iuſgentium. ibi, ſedium occupatio &c. i. diſtinct. Cùm itaq; dominium tàm rerum immobilium, quàm mobilium, fuerit à Deo unà cũ creatione humani generis, hominum cauſa, principio inſtitutum: reliquum eſt profectò, rationem Caij ab abſurdo petitam in iſta. l. In pecudum (ſicuti paulò ante annotaui) non eſſe bonam.

12. † Cogitabam ueruntamen, Caium cum ſua ratione poſſe defendi, ſi dixerimus: quòd etſi propter hominis dignitatem, cuius cauſa cuncta in mundo ſunt creata, abſurdum foret, hominem ipſum in fructu haberi; ut enim Tertullianus contra Marcianum ſcribit,

homo

homo fuit dignus, qui Deum cognoſceret: & eſt bonus tex. de hominis dignitate in. l. Iuſtiſſimè. ff. de edili. edic. † attamen hominem referri (ſi ſeruitus ei contigerit) inter illa, quæ ſunt dominij & proprietatis noſtræ, propter maiorem aliam quandam rationem (ipſius nempè hominis gratia, quò non necaretur, ſed ſeruaretur) factum cum primis fuiſſe: ac per conſequens abſurdum id uideri non poſſe. §. Serui autem ex eo appellati ſunt. Inſti. de Iur. perſonar. Quare quum illa ratio ſeruandi hominis, non adſit, etiam ſi in fructu ſeruus haberetur: conſequens eſt, abſurdum fore (ob ipſius ſcilicet hominis præ cæteris rebus creatis dignitatem) in fructu hominem eſſe. Hæc de Ancillæ partu diſſerebat apud Iſtrum Zoannettus. 13.

De multis fructuum ſpeciebus.

NVnc autem ad i. partem ſubiectæ legis redeo, in qua de fructuum ſpecie quadam (pecudum nempè) agitur. Sunt porrò multæ aliæ fructuum ſpecies: ex quibus paucas pro re nata in præſentia referam.
† Quidam fructus ex terra naturaliter percipiuntur, 14.
propriéq; fructus nominantur: quorum meminit Herennius Modeſtinus in. l. Herennius. la. i. inf. hoc eod. tit. de uſuris. Et hi renaſcuntur: alioqui fructuum appellatione non continerentur. l. Diuortio. §. ſi uir. ff. ſol. matri.

Gg Neq;

Necꝙ dicuntur tales, eſſe ius, ſed quid corporale.l.i.§.
15. Quædam prætereà.ff.de rer.diuiſio. † Generali etiam nomine reditus iſti rectè uocantur.l.frugem.in prin.ff. de uerb.ſignifi.l.Deducta.§. hæreditatē.ff.ad Trebelli. l.Paulus.§.hæres.ſup.eodē.l.Item ſi fundi.§.Aucupiorum.et.l.Æquiſſimū.§.etſi fortè uoluptariū.l.uſufructu legato.§.quicunꝙ.ff.de uſufruct.l.ſi redit⁹.ff. de fund. inſtruct.l.fundi Trebatiani.ff.de uſufruct.legat.

Sunt & alij fructus, qui non capiuntur ex terra, neꝙ ex re aliqua: ſed propter rē aliquam iure percipiuntur.
16. † Et huiuſmodi fructus generali nomine acceſſiones ciuiles nuncupantur: id qđ in inſcriptione iſtius tituli eſt uidere. Horum fructuum ſiuè acceſſionū uariæ ſunt identidem ſpecies: inter quas uſura pecuniæ adnumeratur.l.uſuræ uicē.inf.eod.l.uſura pecuniæ.ff.de uerb. ſignifi. Huic proximum eſt intereſſe ſiuè uſura, quam uenditori debet emptor propter emptam rem traditam ſed non ſolutam.l.Curabit.C.de acti.emp.l.ij.C.de uſur. Quæ quidem uſura uel ipſo etiam iure Canonico uenditori eſt preſtanda, Secundum gloſſ. & omnes in.d.l.ij.C.de uſur. Penſiones Vrbanorum prædiorum, Tabernę alicuius locari ſolitæ, Areę, aut Nauis, his iunguntur.l.Si nauis.ff.de rei uendicat.l.Prædiorum Vrbanorum.inf.eod. Habetur quoꝙ inter hos fructus ciuiles commodum, quod ex re quapiam quis aliàs ſenſiſſet.l.etſi fortè.§.ueniunt.in prin.ff.Si ſer.uendicetur.l.fructus rei eſt.ff.de regul.iur.l.ult.inf.eod.

† Alia

† Alia eſt ſpecies fructuū, qui non leguntur de terra, 17.
ſed de pecudibus percipiuntur: quos Caius in præſenti
lege affatim cōmemorauit. † Cæterùm obſeruandum 18.
eſt, quòd tales pecudū fruct⁹, fruges nequaquam ſunt: imò
nec poma quidem frugum nomine continentur. Soli
nanque fructus, qui ex frumentis, leguminibus, faba, lu-
pino, ex uino, ſiluis ceduis, lapidicinis, creti, argenti uel
aurifodinis conſtant, frugum ſpecialius nomen ſibi
uendicant: reliqua ſub generali fructuum uocabulo
remanent. l. frugem. ff. de uerb. ſignifi.

Diuerſa adhuc fructuum ſpecies à memoratis omni-
bus reperitur: † quam Venationem dicimus: ueluti ſi 19.
montes aut ſaltus alioquin, præter Venationē, ſint in-
fructuoſi: Tunc Venatio, illorū fundorum fructus erit.
l. Vſufructuariū uenari. in prin. ff. de uſufruc. l. Venatio
nem. in ij. reſpō. ſup. cod. tit. l. fundo legato. l. Quæſitū.
§. ſi in agro uenationes. ff. de fund. inſtruc. † Eadē ra- 20.
tione aucupia et piſcationes, ex quib⁹ ſolis fructus fundi
conſtet, in fructu erunt. l. Itē ſi fundi. §. Aucupiorū. ff. de
uſufruc. l. frugē. in uerbis illis, aut aues, feraſuè etc. ff. de
uerb. ſignifi. Quandoquidē uerò cùm propter magnam
rei utilitatem & aſſiduum uſum, tùm quòd nuper in fre-
quentiſſ. uniuerſi huius Ingolſtadienſis Gymnaſij Co-
rona nonnullos ueſtrū à modeſtia & diligentia com-
mendatos meæ Venationis Germanicæ non ſemel
prolixè meminiſſe audiſtis, & in ea feſtinanti nimiùm
manu olim ſcripta Venatione deſiderari non pauca

admodum neceſſaria uideam: decreui aliqua de Venatione ferarum multo, quàm antehac, pleniore ſtylo accuratius hoc loco differere. Sed quia Venatio ferarum duobus potiſſimùm modis accipienda eſt, in genere primùm, dein & in ſpecie: de illa prius in genere, ac demum in ſpecie dicemus.

De generali Venatione ferarum.

VEnationem igitur ferarum in genere ſic rectè diſ-
21. finiemus. † Venatio eſt facultas capiendi ubilibet feras beſtias iure diuino, ſeu mauis dicere, iure naturali, aut gentium primæuo, hominibus conceſſa. Poſui in diffinitione illud nomẽ, facultas, pro genere: addidi, feras beſtias, ad differentiam piſcationis et aucupij. §. feræ igitur beſtiæ. Inſti. de rer. diuiſio. nec non & ad differentiam Venationis, qua opprimuntur homines: cuius fit mentio in. c. Non eſt peccatũ. in fi. 6. diſtincti. Demũ ſubieci, iure diuino etc. uti patet Geneſ. 1. Item iure naturali, ꝑut uidere eſt in. c. Ius naturale. 1. diſtin. §. ſingulorũ. Inſti. de rer. diuiſio. Dixi quoq́, iure gentiũ primęuo ubilibet conceſſa, ad differentiã iurisgentium ſecundarij, quo fuere diſtincta prædiorum dominia & agris termini poſiti: undè non licuit deinceps, agrũ alterius, inuito domino, Venationis aut alterius rei ergò, ingredi. l. Ex hoc iure. ff. de Iuſti. & iur. l. i. & l. iij. ff. de acq. rer. domi. Deniq́ etiã dixi, iure diuino, naturali, uel gentium

gentium &c. ad differentiam Venationis, quæ iure ciuili, ſeu iuſſu Principis alicuius, aut ciuitatis in arena pro ſpectaculo exhibetur: de qua in.l.i.§.& qui operas.§.ſed ſi quis operas.ff.de poſtulan.in.c. Qui uenatoribus.el.i.cum duob. ſequentibus.86. diſtinct. Subieci poſtremò, hominibus conceſſa: quò dignoſcatur ab illo naturali iure, quod omnibus animantibus eſt commune; de quo habetur in.l.i.§. Ius naturale.ff.de Iuſti.& iur.

Obſeruandum eſt principio, † Venationis nomen 22.
in ſacris oraculis tàm in malam, quàm in bonam (imò ſæpius in malam, quàm in bonam) partem accipi: ac ob id uenatores à Sanctis Patribus malè plerumque audire.
† Quippè Venatio ferarum tanquam Dei inuentum (in- 23.
tellige reſpectu acquiſitionis ferarum tantum: † nam 24.
artem Venandi pro uarijs gentium moribus uariam eſſe, Sidonij, Cretenſes, Germani, Galli, & Siculi, populi omnes Venationis ſtudioſiſſ. ſunt teſtes) et homini permiſſum, eſt res per ſe ualdè bona. Deus etenim homini dedit dominari piſcib. maris, uolatilib. cæli, atque uniuerſis animantib. quæ mouent̃ ſuper terrã: & uidit cuncta, quæ fecerat, eſſe ualdè bona, Gene. i. Et legitur Leuiti. 17. Quicunque Venatione atque aucupio ceperit ferã, uel auẽ, quibus uesci licet, fundat ſanguinẽ eius, & operiat ſanguinẽ illũ terra. Ac rurſus 3. Regũ, cap. 4. traditur: erat cibus Salomonis per dies ſingulos &c. excepta Venatione Ceruorum, Caprearum, atque Bubalorum,

balorum,& auium altilium. Ex quibus patet,quod ca=
25. pere feras,uel ab ipſo iure diuino ſit. † Verùm quia
Venatio non ſine inſidijs,retibus, armis , & laqueis,
item nec abſq; neglectu diuini cultus fermè habetur:
Vt etiam Iconẽ Dianæ (q̃ Venationi eã præeſſe di=
xerint) laqueis, retibuſq; onuſtam Veteres pinxerint:
hi,qui Venatores ex profeſſo ſunt,homines ſunt iden=
tidem peccatores, probè gnari inſidiarum,doli,armo=
rum,& laqueorum,fortes,& robuſti, diuini cultus pe=
nè ſemper contemptores,minimè autem ſimplices: Si=
cuti Eſau & Nembrot fuiſſe Venatores huiuſmodi,
Iacob uerò Virum ſimplicem, traditur, Geneſis 10.&
25.c.Eſau.c.An putatis. 86.diſtinct. Vndè Sanct.Pro=
pheta Ezechiel de Venatoribus ſic ſacro ore uaticina=
tus eſt: Principes Aquilonis omnes, & uniuerſi Ve=
natores, qui deducti ſunt cum interfectis pauentes,
& in ſua fortitudine confuſi,& reliqua.cap. 32. Diuus
Hieronymus in Pſal. 82. ſcribit : In ſcripturis ſanctis
pænitus non inueniri, Sanctum aliquem fuiſſe Vena=
torem: Piſcatores autem inueniri Sanctos.Porrò Ve=
natores ſeſe perindè in expugnandis belluis non ſine
illorum quandoq; uitæ diſcrimine in ſaltibus,monti=
bus,atq; nemoribus exercent,ac ſi cum hominibus eſ=
ſent pugnaturi: Ideoq; fiunt ad depugnandos homi=
nes (teſte Xenophonte in Libro de Venatione) &
humanum ſanguinem effundendum audaces,& ho=
minibus inſidiandum multo maximè idonei : quod
naturæ

naturæ lege alioquin eſt uetitum. l. Vt uim. in 2.reſpon.ff. de Iuſti. & iur. † Hinc eſt, quòd Venator in 26.
ſacris libris aliquandò pro inſidiatore accipitur, Eccleſiaſtici 27. dùm illic ita legitur: Leo Venationi inſidiatur ſemper: Sic peccata operantib. iniquitates. Sæpius pro Dyabolo ponitur, ut Pſalmo 90. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo Venantiũ. Et rurſus Pſalmo 123. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo Venantium. Necnon & Eccleſiaſtes 7. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus Venatorum eſt. Et haud raró pro homicida & ſanguinario intelligitur Venator, iuxta illud: omnes in ſanguine inſidiantur: uir fratrem ſuum ad mortem Venatur. Micheæ 7. & iuxta etiam illud: Mittam eis multos Venatores, & uenabuntur eos de omni monte, et de omni colle, & de cauernis petrarum, Ieremiæ 16.

† Has nimirùm (puto equidem) ob memoratas 27.
cauſas Epiſcopis, Clericis, & Monachis Venatione interdicitur: canes uel accipitres, Venationis cauſa, alere prohibetur. c. Quorundam. c. Epiſcopum. c. omnibus ſeruis. 34. diſtinct. c. i. c. ij. ex. de Cleric. Venator. c. i. uerſ. Canes et aues etc. ex. nè Cler. uel Monach. Clem. Nè in agro. §. Porrò. de ſtat. Monach. Aliã quoq; ante me cauſam ita ut non prorſus ineptam, ſic & recenſitis iam meis nõ meliorẽ, nè dicã, non parẽ: cur Epiſcopis, Clericis, atq; Monachis, prohibita ſit Venatio, adduxit glo. in. d. c. Eſau. in uer. piſcatores. 86. diſtinct. inquiẽs:

Venationem

Venationem ferarum fieri cum clamore, & maiore cum delectatione, quàm piſcationem: idcircò illã permiſſam, hanc Clericis interdictam.
28. † Sed ut ad Diuũ Hieronymum redeamus in allegato. c. Eſau 86. diſtincti, nè putes, Venatorum neminem reperiri fuiſſe Sanctum ob hoc ſolùm, quòd feras fuerit Venatus: Cæterùm potius, quoniam totus Venatione occupatus cultum Dei neglexerit: Panem pauperum, quos pro filijs & fratribus ſuis habere debuit, Venaticis canibus dederit, contra Euangelicum illud: non eſt bonum, accipere panem filiorum & mittere canibus, Matthæi 15. Marci 7. & d. c. An putatis: 86. diſtinct. albo Sanctorum nomen eius non fuiſſe inditum díxeris. Sic è contrà Piſcatores non crediderim uel ob id duntaxat ſanctos haberi, quia Piſcati fuerint piſces: atqui potius, quòd in Piſcatores hominũ ex Piſcatoribus piſcium euaſerint, uti legitur Matthæi 4. Sanctorũ ordini adſcribi, exiſtimarim.
29. † Nàm quemadmodum Piſcator hamo, uel rete, extrahit placidè atq; ſuauiter Píſces de imo gurgite aquarum ad ſupremam nauis partem: ſic hominum Piſcatores (mihi uidetur) exemplo Chriſti & uerbo Deì peccatorem ſuauiter & benignè de profundo peccati, tenebrarumq; cæno ad ſupremam ſedem & uiam ſalutis pertrahunt. Venator autem, ſiuè ferarum ille ſiuè hominum ſit, nunq; placidus, nunq; ſuauis: ſed furens ſemper eſt, ac mactator, & ſæuus. In piſcium piſcatione ſimplex nauicula cum

hamo

hamo aut rete piſcatori ſufficit: ſicuti piſcatori hominum ſimplex uerbi Dei prædicatio cum una tunica eſt ſatis, prout legitur Matthei 10. Marci 6. Lucæ 9. 10. et 22. Ferarum uerò aut hominum uenator longè diſpari ſtudio intentus, armis, laqueis, canibus habet opus: dolis, ſatelitibus, magna ui, & inſidijs nunq̄ non inſtructus.

Sed ut de Clericorũ Venatione pauca adhuc dicam: tradunt iuris Canonici gloſſatores: † Clericis & Mo- 30.
nachis (non etiam Epiſcopis, Præſbyteris, Dyaconis, & Subdyaconis) permitti Venationem, neceſſitatis gratia (puta ob uitæ ſuſtentationem) nec non & cauſa recreationis: dummodò à clamoſa Venatione, quæ cum canibus aut auibus fieri ſolet, penitus abſtineant. Proindè ponere feris laqueos, uel retia tendere abſq; canibus, clamore, aut auibus ob prædictas duas cauſas, uel earum alteram, Clericis atq; Monachis licebit, ſecundum gloſſam in. c. i. in uer. uoluptate. ex. de Cleri. Venator. & gloſſam i. in. c. Qui Venatoribus 86. diſtinct. & rurſus ad eundem ſenſum puto referendam aliam gloſſam in Clementi. Nè in agro. §. Si quis. uerſ. Si qui uerò eorum. in uer. auibus. de ſtat. Monach. Quæ ſanè Venandi facultas eſt Clericis & Monachis conceſſa, quamuis ipſimet uenarentur:
† At ubi ſaltus proprios, aut ferarum uiuaria habe- 31.
rent (ſicq; eorum ſaltuum & uiuariorum reditus ex ſola Venatione conſiſterent) uel ius Venandi illis

eſſet in aliorum uiuarijs aut ſaltibus; tunc Venari eis per conſtitutos ad hoc Venatores laycos (non autem per ſemetipſos) quacunq; ratione, adhibitis etiam canibus, auibus, & clamoribus, eſt iure permiſſum. d. Clementi. Nè in agro. §. Porrò à Venationibus. de ſtat. Monachor. Idipſum in Epiſcopis, Præſbyteris, Dyaconis, & Subdyaconis, propter eandem ra-
32. tionem, prorſus recipiendum exiſtimo. † Quod & exemplo Hoſtienſis Epiſcopi, cui ex coturnicum aucupio millia nummum aureorum amplius quatuor quotannis eſſe ferunt, hodiè poſſet perſpicuè cognoſci.

Laycis itaq; eiuſcemodi facultas Venandi feras iure diuino, ſeu naturali, uel gentium antiquo data, multo liberior, quàm Clericis uel Monachis, remanſit.
33. † Veruntamen iure gentium ſecundario, quo prędiorum communia cum poſſeſſione dominia fuerè diſtincta, uti anteà de partu Ancillæ ſcribens præter alios docui, ea Venandi ubiq; plena omnibus libertas fuit & ipſa nonnihil obliquè coanguſtata. Nàm quòd fines agris cuiuſq; illo iure eſſent poſiti, neceſſariò deniq; eſt conſequutum, ut agrum alterius, eo inuito, ingredi, nefas eſſet. l. Ex hoc iure. ff. de Iuſti. & iur. l. Quod enim. §. planè. ff. de acqui. rer. domi. §. feræ. Inſti. de rer. diuiſi. l. Diuus. ff. de ſeruit. ruſticor.
34. prædior. l. Per agrum. C. de ſeruit. & aqua. † Alioqui nolente Domino fundi, ſi quis eius fundum fuerit

fuerit ingreſſus, actionis iniuriarum illi fit reus.l.Iniu-
riarum.§.ult.ff.de Iniuri.Quare Venatio hæc unicuiq;
in proprio fundo libera manſit: in alieno autem ita de-
mum,ſi fundi dominus ingreſſum fundi nō prohibue-
rit. † Cæterùm hanc,quæ remanſit,uenandi licentiam 35.
diuini cultus religio ieiunij tempore fidelib⁹ etiā prohi-
buit.c.Quid prodeſt ieiunare.c.An putatis.86.diſtinc.
† Non tamen eam Venandi facultatem poſſe à Prin- 36.
cipibus recognoſcentibus ſuperiorem, ſeu Reipublicæ
ius non habentibus,iure prohiberi ſubditis,abſq; ipſo-
rum ſubditorū tacito uel expreſſo conſenſu,Cardinalis
ex Hoſtienſis atq; aliorū ſententia tradit in.c.Non eſt.
col.i.& ij.uerſ.Sed quæro quid ſi antiquitus fuit libera
Venatio.ex.de decimi.Idē uoluit in ſimili Ioannes Fa-
bri de piſcatione loquens, quòd Baronibus ſuperio-
rem habentibus non liceat prohibere ſubditis in flumi-
ne publico piſcari, in.§. flumina. Sub finem,uerſ.Ego
credo quòd Barones. Inſti. de rer.diuiſ.Sic quoq; re-
ſpondit Iaſon in conſil.ſuo.119.Lib.4.ubi ſcribit,Ve-
nationem à Marchione quodam uni in præiudicium
alterius iure concedi non potuiſſe.Et quoniam ad pro-
poſitæ quæſtionis illius deciſionem allegat inibi Iaſon
notata per Hoſtienſem, Butrium, & Cardinalem in.
d.c.Non eſt.ex.de Decim. ipſum æq; Iaſonem cum
Hoſtienſe,Butrio,& Cardinale,de Marchione ſeu ali-
às Principe,cui ſuperior fuerit,proculdubiò ſenſiſſe di-
xerim. † Quiſq; etenim intelligitur ea uelle ac ſentire, 37.

quæ in allegatis per eum locis habentur. l. Non ſolùm. la. ij. §. ſi liberationis uerba. ubi Bar. per illum tex. ff. de liber. legat. Idē Bar. in l. cùm quidam. ff. de his, quib. ut indign. Ioannes Andreæ in nouellis in. c. Cùm nunciꝰ us. ex. de teſtib. Curtius in conſil. ſuo 59. incip. ſuper præmiſſa dubitatione etc. col. 4. Simili modo conſulit Decius conſil. 197. Lib. 1. contra Principem quendam Marchionem, uolentem prohibere ſubditis, de Venatione ſuorum prædiorum diſponere. Et quum in ſuo illo conſil. Decius auctoritate Hoſtienſis, Cardinalis, & aliorum in allegato. c. Non eſt. ex. de decim. nitatur: reliquum eſt, de Marchione, qui ſuperiorē habeat, unà cum adductis Doctoribus Decium illic reſpondiſſe, per prædicta. Idem propriè uoluit Hieronymus Schurpfius Vir natione germanus, atq; germanorum Conſultor planè eximius, in conſil. 1. ſub nu. 12. Lib. 1. Vbi Hoſtienſem, Butrium, Cardinalem, & Decium in annotatis iam locis ſcribentes, non poſſe Principem, qui ſuperiorem agnoſcat, prohibere ſubditis Venationem, nominatim refert ac ſequitur.

38. † Quinimò aliud quippiā fortius defendi poſſe (obſeruate hoc loco nimium quorundam & pluſq; ſupinum mordicus etiā ab eis defenſum errorem) nonnulli poſteriores in l. i. ff. de acqui. poſſeſſ. cōtra me uoluerunt: nempè Venationē à ſummo quoq; Principe ſubditis ꝓhiberi & alijs (utputa Vaſallis Principibus Germanis uel Nobilibus) concedi, nulla ratione, nulloq; iure poſſe. Porrò

Porrò ius Venandi, aucupandi, & piſcandi (ut uerba illorum & argumenta propriè referam) omni iure eſt conceſſum. Iure diuino, ut Geneſis .i. Iure naturali, quod ius gentium magis appellari debuit, ut in.l.i.ff. de acqui. rer. domi.in. l.i. in prin.ff.de acqui. poſſeſsi. & in pluribus alijs locis. Et ratio manifeſta eſt: Nàm ex quo ſupradicta in bonis nullius conſiſtunt, meritò occupantis fiunt. Iure Canonico non prohibentur Layci, ſed duntaxat Clerici: igitur à ratione ceſſante arguendum eſt. Si ergò huiuſmodi iura competant iure diuino, naturali, & gentium: quomodo Principes prohibere poſſunt Vaſallos ſuper iſtis iuribus, quū nullam autoritatem habeant, etiā ſi ſint ſupremi Principes? Nam non poſſunt tollere ius naturale & gentium, licet ius poſitiuum poſſunt, ut notatur in.l.fi.& ibi Bar. & omnes. C.ſi contra ius uel utilit. publi. & D D.in.c.Quæ in Eccleſiarum.de conſtitut.

Et hanc ſententiam noſtram (illi ſcribunt) plures tenuerunt indiſtinctè: In primis Ioannes Fabri ſubtilis & ueritatis Doctor, in.§. flumina.circa fi. Inſti. de rer.diuiſi.Idem Guido Papæ in quæſtione. 514. incip. Vtrum Barones &c. Vbi adducit eundem Ioannem Fabri. Hoc idem etiam ſentire uidentur Hoſtienſis & Butrius in.c.Non eſt.de decimis. Hoc in ſpecie uoluit Iaſon in conſil. 119. Lib. 4. Decius in conſil. 197. col.i.Lib.i.

Hoc idem etiam uoluit Schurpffius ueſter in conſil. i.Lib.3.

Et pro hac ſententia facit tex. in. l. Iniuriarum. §. fi. ff. de iniuri. Vbi Iuriſconſultus corrigit illud, quod uſurpatum eſt, ut quis prohiberetur Venari: & iterum ſtatim neminem poſſe prohiberi, non ob aliam rationem addit, niſi quia ſupradicta iura competunt iure naturali & iure gentium.

Secundò facit (inquiunt hi contra me argumentantes) ex quo edicta Principum plerumque ingerunt pœnam corporis & mortis, compelluntur ſubditi parere, nec id ſponte faciunt, ſed metu coacti, & uiolentia: ac licet non contradicant, non tamen illorum reſultat cõſenſus, licet longum tempus lapſum ſit, quia ex quo durat cauſa metus, ideò ſemper durat metus, ut dicebat Panormitan⁹ in ſimili in. c. Accedẽs. de procuratorib. & Ancharan. in cõſil. 130. col. fi. Cardinal. in cõſil. 137. incip. Redemptoris omnium. Calderin. in conſil. i. quod met. cauſa. Decius in conſil. 468. col. 4. Lib. 4.

Mouentur & tertiò hi poſtremi cõtra me ſcriptores: quorũ argutatio eſt huiuſmodi. Nàm ex quo iura ſupradicta ſunt meræ facultatis iuris naturalis, & gentiũ, meritò præſcribi nõ debẽt. l. i. ff. de itine. actuque priuat.

Denique iſti reſpondent nõnullis obiectis, quæ ipſimet pro Principibus & Nobilibus Germanis (ſed frigida preter unũ à nobis acceptũ illa nimis atque imbecilla) prius finxerant. Inter reſpondendum aũt dilucidis uerbis cõtra me rurſus negãt, Cæſarẽ ac ſumos Principes poſſe in feudorũ inueſtituris Vaſallis Principibus

uel

uel aliĳs concedere ius Venandi in præiudicium ſubditorum, propter ſuperius pridem ab eis adducta.

Ad hæc, præfantur initio poſtremi ſcriptores iſti aduerſus eos Doctores (Zoannetum ſcilicet) qui contrarium olim fuiſſent tutati, in hunc nempè ſenſum. Videtur, Doctores maluiſſe blandiri Principib. quàm ueritatẽ proferre, ut dicebat Bal. in cõſil. ult. Lib. i. Vnũ deeſſe Principibus, quod nõ habeant pœnes ſe cõſiliarios, qui eis ueritatẽ dicerent. Etenim durũ, & iniquũ uidet, quod Principes poſsint prohibere Vaſallos, ac punire illos ad pœnã mortis, quod planè impium uidetur. Hactenus poſtremi illi ſcriptores in memorata. l. i. in prin. ff. de acqui. poſſeſsi. ſua uerborũ Phraſi, ſuoque ſenſu in nos (imò in Sum̃um Principem non minus) inuecti.

† At me uerò quidem non fugit, quàm multum ac ſæpè Diocletianus & Gordianus iunior Auguſti indoluerint ob id nimirũ, quòd ueritatem à nemine audire ſe dicerent. Indè quoque Rempublicam haud mediocriter concuti, ordines turbari, iuſtitiam opprimi, ingentia mala oriri, planè ſcio. Sed quod ad rem Venatoriam attinet, qui nàm in hoc adulationis genere blandiri ſummo Principi uelint potius, quàm ueritatẽ dicere, eos ſanè cognitos ipſe non habeo: & me ab eo crimine, quàm longiſsimè in omni mea uita abfuiſſe, conſcientia mea teſtis eſt: & mox etiã ſcribenda ſignificãtius de me animi mei candorẽ, de illis uerò magnũ ipſorum errorẽ, nè dicã in Principes Nobileſque Germanos 39.

odium,

odiũ, cũ populari ſeditione cõtra Germaniæ Principes ac Nobiles coniunctum, indicabunt. Verùm hoc loco popularibus & uiris ſtudioſis duo cauenda erunt
40. maximè, Aſſentatio, & ſeditio. † Aſſentatores quippè hi ſunt, qui popularium auribus uenenum melle illitum, ius illis non debitum, facilè tribuunt. Quare Cicero ſcribit: Aſſentatio nemini magis nocet, quàm illi,
41. qui eam recipit. † Seditioſi autem habentur illi, qui quod ſummi Principis, nec non & Principum Vaſallorum eſt, ad eos pertinere negant, & popularium eſſe illud prorſus affirmant. Vndè ſeditionem, quæ periculi pleniſsima eſt, cùm primis eſſe uitandam, & eius authores grauiſsimè plectendos, nemo non ſcit. l. Si quis aliquid. §. authores ſeditionis. ff. de pœnis. l. iiį. §. qui ſeditionem. ff. de re milita. l. i. l. iį. ubi. & DD. C. de ſeditioſi. Ad inſtitutum redeo: ac de Germanica Venatione (quò malignum poſteriorum errorem radicitus conuellam) peculiariter diſſeram.

De ſpeciali Venatione ferarum, Germanica nempè.

VErum quippè non eſt (ut Germanicam Venationem pecularitet nunc explicare ordiar.) Auguſto Cæſari nõ eſſe ius cõcedendi in beneficiis feudalib. Venationes Vaſallis Principibus Germanis aut aliàs Nobilibus, & ſubditis popularibus eam Venandi poteſtatem

teſtatem adimendi. † Porrò uſu uenit, ut Imperator ex peruetuſto more gentis, inueterataq́ꝫ conſuetudine in Feudorum conceſſionibus, quas inueſtituras uocant, Venationes quoq́ꝫ inter cætera Principibus Germanis atq́ꝫ Nobilibus conferat Vaſallis. Vetuſtiſſima autem Germaniæ conſuetudo, quæ certiſſima eſt (teſte Caliſtrato) legum interpres in .l. Si de interpretatione .ff. de legibus. nec non & mos gentis ita conceſſionem illam Auguſti interpretantur, ut tùm ſoli Vaſalli in eo Feudo ius Venandi habeant: cæteri uerò populares ſubditi ex uoluntate Cæſaris ſic moribus & conſuetudine declarata ipſo iure prorſus non habeant. Igitur moribus & conſuetudini ſtandum; tam etſi Imperator eam poteſtatem Venationis concedendæ uni, & alteri adimendæ, ſtricto iure àlias non haberet. 42.

Mores etenim Maiorũ & conſuetudines ſeruari debent .l. More Maiorũ .ff. de iuriſdic. omni. Iudic. l. More noſtræ ciuitatis .ff. de acqui. hæred. l. i. §. qui mandatã. ibi, uerius eſt enim More Maiorũ etc. ff. de offi. eius. l. Sed etſi per prætorẽ. §. hęc clauſula. ibi, quos more Maiorum ſine fraude etc. ff. ex quib. cauſis maior. l. penult. in fi. ibi, ſaluoq́ꝫ more Maiorũ etc. ff. de Iuſti. et iur. l. De quibus. ff. de legib. † Siquidẽ uetuſti mores & antiqua conſuetudo ordinariã quoq́ꝫ Iuriſdictionẽ, Imperium, & poteſtatẽ illi (ſiuè maſculo ſiuè fœminæ) tribuant, qui prius iure cõmuni non habuit. c. cùm cõtingat. in fi. & ibi D D. per illum tex. ex. de foro compet. l. ulti. C. de 43.

emancip. liber. l. Viros. ubi glo. Bar. & alij ꝑ illũ tex. C. de diuerſ. offi. Lib. 12. c. Dilecti. ex. de arbitr. gloſſa magna ſub finẽ in. §. Nulla. in Aut. de defenſor. ciuit. gloſ. in. c. Quãto. in uer. Si prælati. ex. de offi. Iudi. ordi. glo. in. c. conqueſtus. in uer. cõſuetudo. nona, quæſt. 3. Bar. & alij in. l. Imperiũ. ſub nu. 7. ff. de Iuriſdict. omni Iudic.

44. † Preterea poteſt ſummus Princeps etiã in reſcripto ex publica & rationabili cauſa quid contra ius naturale uel gentium diſponere, puta rerum mearũ dominium, quod à iure gentiũ antiquo eſſe conſtat, uti anteà interpretando. l. Ex hoc iure. ff. de Iuſti. & iur. docui, mihi uel inuito aufferre & alij dare, ſecundum Cynum poſt Iacob. de Rau. & Pet. de bella pertica in. l. Reſcripta. col. iij. uerſ. In hac quæſtione. & col. 5. uerſ. Quid dicemus. C. de precib. Imper. offerend. Quo loco idem aſſirmat Bal. col. iij. uerſ. Tertiò quærunt Doctores etc. Hoc idem uoluit iterum ipſe Cyn. in. l. ult. col. 4. uerſ. ſecundo caſu etc. Bar. Bal. & alij communiter. C. ſi contra ius uel utilit. publ. Innocenti, Ioannes Andreę, Ant. Butrius, Abbas, & Reliqui in. c. Quæ in Eccleſiarũ. ex. de conſtitut. & Bar. tractat in i. conſtitutione digeſtorum, col. ij. & iij. Sic æq; decidit Alex. in conſil. 94. Viſis & ſæpius recenſitis col. penult. uerſ. Sed præmiſſis non obſtantibus. Lib. 5. Idẽ rurſus Alex. ſcribit in. l. More.

45. ſub nu. 11. ff. de acqui. hęredit. † Secundum autem prædictos Doctores cauſa rationabilis & publica dicitur, quando res ac prędia mea Imperator in ſuos milites, remunerationis

munerationis ſeruitioꝝ ergò transfert: Allegant bonum tex.in.l.Item ſi uerberatū.§.i.ff.de rei uendic.in.l. Lucius.ff.de euicti. † Cæterùm ex Feudorū cōſuetudine Vaſalli Principes,& quiq; alij id genus nobiles ſunt Romani Imperij ac Cæſaris milites: & Feuda cùm Venationibus ob id nimirùm à Cæſare recipiunt,quò ipſi eorumq; heredes Imperatori Romanoq; Imperio fideliter ſeruiāt, Rempublicamq; in partibus ſibi cōmiſſam induſtriè tueantur ac regant: ſicuti res ipſa docet,& in Feudorū libris ubiq; paſſim uidere eſt.Habes enim proprium de hoc locū in.c.i.in tit.de nou.form.fidelitat.et tit.precedēti.in.c.obertus.ſub finē.in tit.In quib.cauſis Feud.amitta.c.i.in prin.&.§.cōtra omnes.in tit.Hic finitur lex etc.c.Miles qui beneficiū.propè finem.in tit. De Vaſal.milit.qui arma belli.depoſu.c.i.ad fi.in tit. An mut.uel aliàs imperfect.c.i.§.Hoc autem notandum.in tit.Qui Feud.dar.poſſ.c.i.§.Item qui Dominum.&.§.Sed nō eſt alia.in tit.quæ fui.i.cauſa benefi. amitt.Corne.in conſil.16.col.iiij.in prin.Lib.i.Benè faciunt notata per Imolam in.l.i.§.Deniq;.col.ul.uerſ. & per hoc patet.ff.de aqua plu.arcend. Ergò poteſt meritò Imperator ex hac publica remunerationis cauſa, ius Venandi adimere popularibus, utut inuitis, & concedere Imperij atq; Reipublicæ Militibus ſeu miniſtris.Ad hæc,peculiaris doctrina Bar.perappoſitè diſtinguentis inter reſcriptum Imperatoris publicam reſpiciens utilitatem, & reſcriptum continens priuatum 46.

duntaxat commodum: in.l.Quæcunq;.Sub finem.C. de fi.inſtr.& iur.hact.fiſcal.Lib.10.

Confirmatur ualidius adhuc in ſubiectę diſceptationis articulo concluſio iſta Imperatoriæ poteſtatis mea. Namq; Doctores in annotatis iam locis, tàm Iuris Canonici quàm Ciuilis interpretes, loquuntur in caſu longè magis dubio, atq; noſtra ſit quæſtio: nempè ubi Cæſar auffert (ut diximus) Dominium rei ſuæ uni inuito & in alterum transfert: Sicq; reſpectu eius, qui Dominio rei ſuæ inuitus priuatur, querimonia eſt de damno uitando, fauorabilis alioqui & ualdè æqua: at in eo, cui Venationibus interdicitur, querela ut plu-
47. rimùm eſt, de præda & lucro captando. † Igitur multo iuſtior eſt cauſa illius, qui certat pro damno uitando, ac multis paraſangis præferenda cauſæ illorum, qui de præda ferarum & captando lucro ſunt ſoliciti.l.ult. C. de acqui. poſſeſſ.l. Aſſiduis.propè finem.C.qui potior. in pigno.habean.l.Verùm.§.ult.l.Minor 25.annis.ff.de Minorib.l.ult.ff.ex quib. cauſis maior. Quare multo magis Imperator popularibus ſubditis Venationes prohibere, & Germanis Principibus Vaſallis ac Nobilibus eas concedere, poterit.c.cùm in cunctis.ex.de electi.Auth. Multo magis.C.de ſacroſanct. Ecleſi.

48. Eodem eſt referendum: † quoniam in Germanica Venatione Principibus Vaſallis & Nobilibus conceſſa, popularibus autem prohibita, tria potiſſimùm mihi uidentur

uidentur conſideranda: Ingreſſus alieni fundi inuito domino: Venatio ferarum: & prohibitio, nè dominus in proprio fundo Venari queat. Primum quidem etſi iuri communi ſit aliàs contrarium, quia nemini regulariter licet agrum alterius, nolente domino ingredi.l. Per agrum.C.de ſeruit.& aqua.l.3. §. Planè.ff.de acqui.rer.domi. † Attamen is, qui iuridictionem ha- 49.
bet in loco (ſicuti Germaniæ Principes Vaſalli & Nobiles, quibus Venationes cum feudis ſunt conceſſæ) poteſt aliorum agros & nemora, uolentibus aut nolentibus dominis, ingredi: alioquin officio ſuo rectè fungi nequiret. l. congruit. ff. de offi. præſid. facit tex. iuncta inibi gloſ. in. l. Ergò. §. Alluuio. uerſ. flumina enim. ff. de acqui. rer. domi. † Secundũ, nempè Ve- 50.
natio ferarum, eſt cuiuis hominum, tàm priuatorum quàm Principum uel Nobilium, abſq; perſonarũ delectu iure naturali permiſſum. l. i. in prin. ff. de acqui. poſſeſſ. l. i. ff. de acqui. rer. domi. §. feræ igitur beſtiæ. Inſti. de rer. diuiſi. c. Ius naturale. i. diſtincti. Tertium uerò, prohibere agrorum dominis Venari in proprijs agris, cum iure naturali pugnat, illiq; contrarium eſt (fateor) per prædicta. Cùm itaq; Imperator in ea Germanicæ Venationis conceſsione tria Principibus Vaſallis, ac Nobilibus permittat, quorũ unum ſolummodò à iure naturali recedat, reliqua autem duo ſint iure etiam aliàs permiſſa: conſequens erit, quid præiudicij, quale, & quantũ ex ea Venationis prohibitione

popularib. inferat, accuratius pernoſcere. De hoc proinde damno, quod populares ſubditi, ob eā ipſis prohibitā cū in proprijs tū in alienis agris Venationē, patiuntur, ſi fortè quæras: Sic planè reſpondendū cenſuerim.

Aut loquimur de prohibita per Cæſarē popularib.
51. Venatione in alienis agris. † Et ea Cæſaris prohibitio permodicū popularib. nocere poteſt: Siquidem aliàs etiā inuitis agrorum dominis, nemo alienos fundos, Venationis aut alterius rei cauſa, ingredi debeat. l. 3. §. Planè. ff. de acqui. rer. domi. l. Per agrū. C. de ſeruit. & aqua. l. Diuus. ff. de ſeruit. Ruſti. prædior. l. Iniuriarū. §.
52. ult. ff. de iniuri: † Ergò ea res modica minimè gentium eſt inſpicienda, uel pro damno ſeu incōmodo aliquo accipienda. l. Habitatores. l. Si quis conduxerit. ff. locati. l. In rebus. §. poſſunt. ff. cōmod. l. Si id quod. §. ſi
53. quas ſerui. ff. de donat. inter Vir. & Vxor. † Et modicū ſolennitatis ſi omittatur, prorſus nō nocere creditur. l. i. §. quod autem prætor. ff. de Vent. inſpecien.
54. † Quemadmodum pro modica percuſſione ſerui, nō cōpetit iniuriarū actio domino. §. ſerui. Inſti. de Iniuri.

Aut cōtrouertitur diſceptatio prohibitę Venationis per Cęſarē popularibus in proprijs fundis: et propoſita queſtio diſtinctionē recipit. Aut popularib. Venatione interdicit in proprijs agris, quorū reditus uel in ſola Venatione cōſiſtāt, uel ex maxima ſaltē parte de Venatione ipſa capiant: Aut prohibētur Venari populares in proprijs fundis, quorum fructus ex Venatione non conſtant. † Primo

† Primo caſu, ſiuè fructus fundi in totum, ſiuè ex maxima parte, percipiantur de Venatione, iuxta.l.fundo legato.l.quæſitum.§.Si in agro Venationes.ff. de fund.inſtruct. l.Vſufructuarium uenari.in prin.l.Item ſi fundi.§.Aucupiorū.ff. de uſufru.l. Venationē.ſup. hoc eod.tit.de uſuris.dixerim, Cæſarē poſſe quidē Venationes illorū feudorū aufferre proprijs dominis & cōcedere Principib. Vaſallis ac Nobilibus, ut paulò ante oſtendi: Verùm quòd proprietas nuda eiuſcemodi agrorū nullā, abſcedente ſemper cum Venatione uſufructu, utilitatē haberet contra.l.ſi uſusfructus municipib.ff.de uſufruct. lega.&.l.An uſusfructus.ff.de uſufruct.talium agrogrum precium ſoluere dominis eorundem omninò teneri ipſum Cæſarem, planè dixerim.l. Serui. Vbi eſt manifeſtus de hoc locus, & Bal. peculiariter annotat. C. quib. ex cauſis ſeru. pro præmi. libert.accipi.l. Venditor.§.ſi conſtat.ff. communia prædior. 55.

† Et quamuis uideatur, quòd Imperator modicum quiddam eo caſu agrorum dominis pro precio poſsit dare.l.Item ſi uerberatum.§.i.ff. de reiuendic. Quinimò etiam uſu fortaſsis obſeruetur, ut nihil eo nomine proprietatis domino numeretur, ſecundum gloſ.ult. in.l. Si locus.§.cùm uia.ff. quemadmod. ſeruit. amitt. Attamen id contra naturæ legem, contraq; adeò ciuile ius fieri, Imperatoremq;, cui ſeſe legibus ſubijcere & ſecundum illarum iuſſa uiuere, conuenit, 56.

conuenit, minimè gentium decere, compertum eſt.l. Nàm hoc natura. ff.de condictio.indeb.l.Digna uox. C.de legib. Propterea aiebat Bar. in. l. ult.§. Titius.ff. de pignorati.actio.iuris ſanè eſſe,ut his, quibus res ſuæ aufferuntur,precia earũ rerum ſoluantur : licet id fieri
57. non ſoleat. † Peccaret igitur in Deum Cæſar, ſi precia iuſta talium fundorũ domino proprietatis nõ ſolueret,iuxta illud Diui Auguſtini: non remittitur peccatum,niſi reſtituatur ablatum (intellige) uel preciũ: quod uicem rei ſuſtinet.c.ſi res aliena. 14.q.6.c. cùm tu.ex.de uſur.l.i.ff.de contrahen.emptio.
58. † Vndè hanc nimirùm Iuſtitiæ normam contuiti Doctores,nullius contrariæ obſeruantiæ aut uſus facta mentione,memoriæ ſimpliciter prodiderunt: precium rei per ſummum Principem ablatæ domino eſſe planè numerandum. Sic enim Iacobus de Arena & Cyn. docuerunt in. d. l. Item ſi uerberatum. §. i. Vbi Bal. eos nominatim refert. ff. de reiuendicati. ſic propriè uoluit Archidiaconus Bononienſis in.c.Per principalem.in prin.uerſ. Sed non obſtant leges,quæ uolunt,ꝙ Imperatori &c.9.quæſtione. 3. Ita quoqꝫ Philippus Decius tradidit in. l. Id quod noſtrum eſt.uerſ. & iſta regula.ff.de regul.iur.

Altero uerò caſu, quandò per Cæſarem prohibentur Venari populares in proprijs fundis, quorum fructus ex Venatione non conſtant : non magno utiqꝫ incommodo populares indè affici poſſunt uideri.
† Porrò

† Porrò Venatio huiuſmodi, quæ fructus fundi non 59.
eſt, conſiſtit ſanè in ſpe fragili capiendi feras: quas nè
Venator quidē capiat, multa accidere poſſunt. l. Natu=
ralē. §. illud. in fi. ff. de acqui. rer. domin. §. Illud quęſitū.
Inſti. de rer. diuiſi. † Ob id traditū eſt, quòd licet eiuſce= 60.
modi ſpes, conſiſtens in fortuito euentu, poſsit uendi,
donari, uel ad hæredes quoq; tranſmitti. l. Si iactū Re=
tis. ff. de acti. emp. l. Spem. C. de donatio. l. ex conditio=
nali. Inſti. de uerbor. oblig. attamen in bonis noſtris
ea non eſt: ſicuti adeundæ hæreditatis ius aut ſpes in
bonis noſtris æq; nō eſt. l. Precia rerū. poſt prin. uerſ.
Sed nec hæredē. ff. ad legē falcid. Bal. ſcribit in. l. 2. in fi.
C. de Iur. & fact. ignorāt. † Ideoq; etiā longè minoris 61.
fiunt, quæ ſperamus, quā quæ poſsidemus, & in bonis
ac dominio noſtro ſunt. l. fideicōmiſſa. §. Itē ſi quis cer=
tā. ubi bona gloſ. in uer. uoluntatē. ff. de legat. 3. l. cū hi.
in prin. & ibi gloſ. i. ff. de tranſact. facit tex. in. §. Retinē=
dæ. uerſ. & quia longè commodius. Inſti. de interdict.
Quare cùm ea ſpes capiendi feras fragilis ſit, & incerta,
perfacileq; poſsit eludi, neq; in bonis eſſe noſtris dicat:
cōſequens planè eſt, eā longè minore cū populariū de=
trimēto, quàm efficax & certū rerū dominiū, ex publica
& rationabili cauſa popularib. ipſis per Cæſarē adimi.

† Maximè aūt prædicta uidentur planè indubitata: 62.
quia ſpes illa Venandi feras multis cū oneribus, incō=
modo, & ſumptu eſt cōiuncta. Nō enim quis ſolus, aut
breui etiā temporis ſpacio, Venari multum poteſt. Sed

Kk ſocios

ſocios ad eam rem cõquirere, aut mercenarios habere, Canes et Accipitres alere, laqueos et retia parare, diſpẽdium temporis facere, ac diuinũ deniq; cultum negligere eum, qui Venationi operã uult impendere, oportet. c. An putatis. 86. diſtinct. Clementi. Nè in agro. §. porrò. de ſtat. Monachor. c. i. c. ij. ex. de Cleri. Venator. c. i. ex. nè Cler. uel Monach. c. Epiſcopũ. c. omnibus ſeruis. 34. diſtin. l. Quęſitũ. §. ſi in agro Venationes. l. fun-
63. do legato. ff. de fun. inſtruc. † Igitur tanto minoris illa ſpes capiendi feras eſt adhuc quoq; faciẽda, quanto pluribus eſt oneribus atq; diſpendijs annexa. l. fundi partẽ. ff. de cõtrahen. empti. l. i. §. ſi hęres. ff. ad Trebellian. l. 4. §. Arbitrũ. ff. cõmu. diuid. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundũ. ff. de actio. empt. Abbas notat in. c. Ad noſtrã. col. ij. uerſ. ſecundo quia res. & in. c. In quibuſdã. in ij. notabi. ex. de
64. decim. † Hinc eſt, qd' propter uicinũ petulantẽ & moleſtũ, uicina illa domus aut prædiũ minoris ęſtimatur. l.
65. Quod ſæpe. in fi. ff. de cõtrahen. emptio. † Idcir cò quũ debeatur legitima filio de bonis patris abſq; grauamine ullo. l. Quoniam in priorib. C. de inoffi. teſta. §. i. in Auth. de trien. & ſemiſſ. nõ debebit ei res pro legitima dari, quæ habeat uicinũ contentioſum, ſi aliundè poſſit legitima haberi. Angelus & Alex. ob eam nimirùm rationem ſic tradunt in. l. In quartam. ff. ad. l. falcid.

Vt has ob recenſitas cauſſas, ipſoq; rerũ uſu ſit com-
66. pertũ: † Gymnaſia illa eſſe reliquis poſt habenda (imò uerius fugienda) in quibus profeſſor aliquis iniurius,

ſiuè

ſiué rixoſus,& cōtentioſus,aut maledicus alatur. † Be= 64.
nè facit ad hoc tex.in.l.Si conuenerit.in fi.ff.pro ſocio.
& quod tradit Bal.in.l.ult.C.cōmu.diuid.Cyn.in.l.Iu=
bemus nulli. C. de ſacroſanct.Eccleſi.Quibus in locis
cauetur: ſocium illū uel collegam nō eſſe à reliquis ſo=
dalibus tolerandū,q uel iniurius ſit alijs,uel damnoſus.
† Ob id nimirùm uicinus faber ferrarius, qui liberaliū 65.
artiū profeſſoribus ſuo fabrili opificio eſſet moleſtus,
poteſt iure inde expelli.l.unica.in fi.ubi gloſ.ultima,&
cæteri DD.notāt.C.de ſtudi.liberalib.urb.Ro.Lib.11.

Quapropter tantillam ſpem (ut ad Venationē ger=
manicam redeā) capiendi feras,multis ſubiectā oneri=
bus,poteſt multo magis,quàm certū rerum noſtrarum
dominium, ſummus Princeps, ex cauſa rationabili, &
publicæ utilitatis ergò,nobis auferre,ſimul & Vaſallis
Principibus dare.c.Quemadmodū.poſt prin.ex.de Iu=
reiurand.c. cùm in cunctis. ex. de electi. Auth. Multo
magis.C.de ſacroſanct. Eccleſi.

Atqui aliud prętereà in re Venatoria ꝓbarim:ſi cauſa
ꝓbabilis cōcedendi Vaſallis Principib.& Nobilib.iſti=
uſmodi Venationes obſcura eſſet,et nō euidens,ac ma
nifeſta,ſicuti eſt: † nihilominꝰ tñ in his,et lōgè maiorib. 69.
ſola uolūtas ſumi Principis ꝓ cauſa iuſta & rationabili
eſſet certò habēda.Eſt glo.de hoc notabilis in.l.Relega
ti.in uer.ex aliqua cauſa.ubi et Bar.nu.4.ff.de pęnis.Sic
ꝓpriè decidit Cy.cū antiquis in pręd icto caſu transferē=
di de uno in aliū dominīj,in.l.Reſcripta.ſub finē.uerſ.

Secundo caſu etc. & col. 4.uerſ.In iſta quęſtione.C.de præcib.imper.offerend.Quo loco ſcribit: Imperatorē nō debere abſq; rationabili cauſa dominiū rei meę mihi aufferre,& alij dare: ueruntamen ſi id faciat, ei obediendum eſſe: quia reſcriptum eius præſumitur à iuſta cauſa profectum: neq; adeò contra talem de ſummo Principe præſumptionē recipi probationē ullā oportere.Idem tradit inibi Bal.in.d.l.Reſcripta. col. 3. uerſ. Tertiò quærūt Doctores etc.inquiens: in caſu prædicto pro cauſa idonea haberi debere quamlibet rationē motiuā ipſius Cæſaris. Ita quoq; uolūt Canoniſtæ in. c.Quæ in Eccleſiarū.ex. de cōſtitut.maximè Butrius ibi col.5.uerſ.Aut eſt dubiū,an ſubſit cauſa etc. & Abbas nu.14.uerſ.Quandò dubitatur &c.dicens,quòd licet id durū ſit: attamen quoniā ſic legiſtæ cōmuniter tenent, ſeruaretur in praxi. Quare quū ex antiquiſsi. cōſuetudine Germaniæ conſtet in huiuſmodi conceſsionibus Venationum de Cæſaris uoluntate, ut dixi, uolentis eas prohibere popularibus & cōcedere Vaſallis Principibus, atq; Nobilibus: non eſt,cur de cauſa concedendi ſimus tantoperè ſolliciti.

50 † Ad hęc, quòd Imperator uenatiōes ferarū in inueſtituris feudorū uni poſsit indiſtinctè cōcedere in prę iudiciū alterius: probat̄ in proxi. & ſimilib. terminis per tex.in.l.ij.in prin.iūcto.§. Si quis à Principe.in.fi.ff.nè quid in loco publi. & in. l. Quod Principis.in prin.ff. de aqua plu.arcen.ubi ſi ex certo Imperatoris permiſſu

Titius

Titius in loco opus faciat, quod alteri noceat, nihilo= magis à quoquàm poteſt prohiberi, aut eo nomine in ius uocari: & tamen ea Cæſaris conceſsio in alterius præiudicium facta, dicitur eſſe contra ius naturale: quo cautum eſt, neminem cum detrimento alterius debere fieri locupletiorem. l. Nàm hoc natura. ff. de condict. indebi.

Comprobant concluſionem hanc meam in ualdè coniunctis terminis Hoſtienſis & Cardinalis Zaba= rella in. c. Nõ eſt. ex. de decimis. priore loco citati. Vbi idem Cardinalis col. 2. uerſ. idem dicit etiamſi domi= nus &c. Hoſtienſem ipſum imitatus ſcribit: Si domi= nus loci, ubi eſt cunctis libera Venatio, habeat ius Rei= publicæ ibidem, & prohibeat omnibus indicta pœna illic Venari: erit prohibitionis tranſgreſſor punien= dus, licet uetuerit ſine conſenſu illorum, quorum in= terfuit. † Cùm itaq; Imperator ius Reipublicæ ha= beat. l. ij. §. Nouiſsimè. ff. de orig. Iur. l. i. ff. de conſtit. princi. l. Quo minus. ff. de flumi. cum ſimilib. conſe= quens eſt, illum popularibus ſubditis poſſe Venatio= nibus interdicere, & quibus ipſe uult pro libitu dare. Id quod facere ex uetuſtiſsima conſuetudine ſic inter= pretante Cæſar intelligitur, quando inueſtituris feu= dorum Principibus Vaſallis uel Nobilibus Venatio= nes nominatim concedit. 21.

Huc identidem ſpectant, quæ in ſimili ſcripſit Ioan= nes Fabri in. §. flumina. uerſ. Quid ergò de Baroni=

 bus &c.

bus &c. Inſti. de rer. diuiſi. aſſeuerans, Imperatori, quia ſuperiorem non habet, licere in fluminibus publicis piſcationes prohibere: Principibus uerò, puta Baronibus, agnoſcentibus ſuperiorem, id poteſtatis inhibendi non eſſe.

92. Hoc loco obſeruatu dignum eſt: † quòd ea cõceſſa principibus Vaſallis ac Nobilib. Germanis per Cæſarẽ Venatio & popularib. ſubditis adempta, intelligitur abſq; alio populariũ ſubditorũ detrimento facta. Quoties enim ſumus Princeps quid ſimpliciter alicui cõcedit, id ſine alio præterea cuiuſq; damno cõcedere creditur. l. ij. §. Meritò ait prętor. &. §. ſi quis à Principe. ff. nè quid in loco publi. l. Reſcripta. l. ij. l. Nec damnoſa. C. de precib. Imper. offerend. l. ij. in fi. l. nec filio. ff. de natalib. reſtit. l. Nec Auus. C. de emãcipati. liberor. §. ſi aũt mulier. in Auth. de æqualit. dot. Et ex Vetuſtiſſima Germanię conſuetudine illud ipſum conſpicuum eſt, ut conceſſa per Cæſarem Vaſallo Principi uel Nobili Venatione, non cenſeatur etiam facta licentia, occaſione illius Venationis, inferendi aliquod aliud præterea damnum popularibus ſubditis. Nàm & iure quoq; communi ubi unum conceditur, reliqua denegata uidentur. l. Maritus. C. de procurat. Bona glo. in. l. cùm prætor. in uer. uidetur. & DD. reliqui. ff. de Iudici.

93. † Quamobrem ſi in Regione aliqua, ferarum tanta eſſet copia, uelut Aprorum in eleganti regione VVirtember-

VVirtembergenſi, Ceruorum & Aprorum etiam, in fœcunda Bauaria, Caprearũ & huiuſmodi aliarum ferarum in Tyrolenſi Comitatu, aut ubilibet locorum alibi, ut damnum frugibus popularium, caulibus, quorum uſus Germanis eſt toto anno maximus, ſeu uineis, aut aliàs quoquo modo non modicum darent: quoniam Vaſalli Principes Germani ſæuerè popularibus ſubditis interdicunt, nè lædant, neuè tangant, aut nè quoq; de Vineis, ſegetibus, uel hortis quidem feras haſce beſtias abigant: tenerentur utiq; ijdem Vaſalli Principes ſeu Nobiles illata ſic eorum culpa & uoluntate quaſi à feris beſtijs damna popularibus ſubditis reſtituere, toto tit. ff. &. C. Ad legem Aquil. l. Qui occidit. §. In hac. ibi, Nam & qui occaſionem damni præſtat, damnum feciſſe uidetur etc. ff. ad. l. Aquili. Alioqui peccarent mortaliter tales Principes, ac Nobiles: neq; à tali peccato mortali poſſent abſolui prius, quàm ablata eorum quaſi uoluntate & culpa redderent. c. Si res aliena. 14. q. 6. c. cùm tu. ex. de uſur.

† Quinimò amplius dixerim: Si ea ferarum beſtiarum occaſione Vaſalli Principes Germani ſeu Nobiles uexarẽt haud modicè populares ſubditos, afficiendo illos, ut dixi, in fructibus agrorum damno: quòd ob eam malam popularium ſubditorum tractationem poſſent ipſi Vaſalli Principes ſeu Nobiles feudis illis 74.

illis iuſtiſsimè priuari. Porrò Vaſallus malè tractans feudi ſubditos, illo feudo rectè exuitur: Albericus de Roſate ita docet poſt Innocentiũ & Canoniſtas alios cõmuniter, quos referendo ſequitur in. l. Bene à Zenone. col. 3. in fi. uerſ. An Papa habeat aliquam ſuperioritatem &c. C. de quadrien. præſcri. Felin. in. c. cùm nobis. nu. 7. uerſ. Nõ omitto. ex. de præſcri. Mattheus de Afflict. Sic pro indubitato tradit in deciſione ſua. 165. nu. 72. fol. 202.

Huius priuationis feudi ratio in obſcuro non eſt:
75. † nàm tùm abutitur Vaſallus re domini ſui, dùm ſubditos feudi damnis inmodicè afficit. Ideoq; pelli de feudo debet. l. ſi cùm dotem. §. Si uerò. ff. Sol. matri. l. ult. §. Minores. C. de ſentent. paſſ. & reſtit. l. Aedem: in fi. C. locati. l. Imperator. ff. ad Trebelli. Auth. Qui rem huiuſmodi. ubi & Paul. Caſtren. C. de ſacroſanct. Eccleſi. l. Si dominus in ſeruos. ubi eſt locus in multo fortioribus terminis. ff. de his, qui ſunt ſui uel alieni. iur. c. ult. ex. de accuſati. Bal. in. c. ult. col. penult. ex. de ſent. & re iudic. Geminian. in. c. ad Apoſtolicæ. §. Sed licet. col. 3. de ſent. & re iudic. Lib. 6.

76. † Vndè aiebat Florian. de Sanc. Petro Bononienſis in. l. Si filia nupta. in prin. ff. famil. herciſcun. quòd quàmuis Vaſallus exactionibus, & alijs moleſtijs grauaretur præter modum à Rege domino ſuo: non tamen uel ob id poſſet ipſe ſubditos feudi plus æquo onerare, diſpendijsq; adficere.

Verùm

† Verùm ſcies: ut poſſit de Feudo eijci iure Vaſallus propter malam tractationem popularium ſubditorum: oportere prius à directo Feudi domino Vaſallum eius rei fuiſſe admonitum, & quę nam directi Domini ea in re eſſet uoluntas, eidem ſignificatum. Alioqui è Feudo Vaſallus, eius malæ tractationis ergò, exigi nō deberet. c.i.§.Publici latrones. ubi Bal. et Aluarot. per illū tex. in tit. de pace tenend. Refert illud idē & ſequitur Curtius in tractat. Feud. in 6. parte. ſub nu. ij. uerſ. ultra quē adſdo etc. Hoc ipſum tenuit Iaſon in uſibus Feud. ſub nu. 69. Bartholo. Socinus identidē reſpondit in cōſil. 272. incip. Non proſequendo ordinem quæſtionū. col. 4. uerſ. Sexto iſta concluſio probatur etc. Lib. ij. Probè his conuenit quod in ſacro legitur Euangelio, Matthęi 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum, ac reliqua. Et ego olim interrogatus ab Illuſtriſſ: Duce Vlrico VVirtembergenſi, qui tum à Seren. Reſge Romanorum, nunc uerò Imperatore omniū optiſmo, & Domino meo longè Clementiſſ: Domino ac Domino Ferdinando I. etc. poſt Smalckaldicū bellum in Germania confectū accuſat⁹, de Feudo illo ac omni alia eius ditione periclitabatur, inter reliqua eiuſmodi plura in fauorem ipſius ita propriè reſpondi. 77.

† Sin autem Vaſallus tàm ſęuus in ſubditos eius foſret atq; iniuſtus, quòd illos ad Cęſaris Aulam, expoſitum querelas iſtiuſmodi contra ipſum Vaſallum, proficiſci non ſineret: idem Vaſallus in læſæ Maieſtatis crimen 78.

protinus ſanè incideret, ſecundū Matthęum de Afflict. Deciſi. 265. ſub nu. 97. fol. 204. & rurſus idem Afflictus in. c. i. §. Item ſi quis Feudum. in 33. cauſa priuationis. in tit. quib. mod. Feud. amittat. tit. i. Nunc de præſcriptione eiuſdem Venationis Germanicæ pauca diſcamus.

Pro certiore rei, quam agimus, declaratione ſcire oportet, quaſdam eſſe ſeruitutes ſiuè iura, quæ aut negatiua, hoc eſt, quæ conſiſtunt in prohibendo, aut af-
79. firmatiua dicuntur. † Si negatiua ſint: acquiritur quaſi poſſeſſio eorum ex prohibitione alteri facta: ueluti ſi te uicinum meum uolentem altius tollere domum tuam prohibeam, putans nimirùm id mihi licere: & tu prohibitioni meæ non contradicas. Tunc in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, nè altius tollere domum tuam queas, eſſe incipio. Sic glo. magna tradit circiter eius principium in. l. i. ubi quoq; Bar. ac Bal. & Reliqui. C. de ſeruit. et aqua. Eòdem pertinet tex. in. l. ult. ff. quemadmod. ſeruit. amitti. in. l. ult. ff. de Itiner. act. priua. eſt bona glo. de hoc in. l. Qui luminibus. ff. de ſeruit. urbanor. prædior. & altera glo. in. c. Abbate Sancti Siluani. in uer. Alciatenſem Monachum. & ibi Canoniſtæ omnes tradunt. ex. de uerb. ſignifi.

80. † Huic iuri ſeu ſeruituti, ſi habeat cauſam continuam, præſcribitur decem annis inter præſentes, & uiginti inter abſentes. Sin uerò cauſam non habeat continuam; ei præſcribitur tanto tempore, cuius initij nulla ſit

la ſit memoria.l.Hoc iure.§.Ductus aquæ. ff. de aqua quotidia.& æſtiu.l.i.§.ult.ff.de aqua.plu.arcen.Gloſſa in.l.ij.in uer.quæſiſti.in prin.ubi & Bar.C. de ſeruit.& aqua. Quó etiam loco ipſe Bar.bene declarat,quando ſeruitutes dicantur habere cauſam continuam et quando interpollatam.

† Altero caſu,ubi ſunt iura affirmatiua: uelut quòd mihi liceat, ire, agere, per agrum tuum,aut aquam ducere,& ſimilia: tunc in iſtiuſmodi iuribus non acquiritur quaſi poſſeſſio niſi prius 30.dies eo iure fuero uſus non ui, non clam, non precariò. l.i.§.i. ff. de Itiner. actuq; priua. Sic Bar. docet in. l.i. nu.ij.C.de ſeruit.& aqua. Itaq; poſt inchoatam in his iuribus affirmatiuis quaſi poſſeſſionem,implebitur,ſicuti diximus in negatiuis, præſcriptio 10. aut 20. annis, ſi cauſam iura hæc habeant continuam: uel ſi cauſam non habeant continuam, tantum temporis deſiderabitur, quantum memoriam hominum excedat. Quod & in præſcriptione ſeruitutis nagatiuæ pridem quoq; tradidimus. 81.

† Hiſcè ergò præmiſſis,facilè erit diſcernere,ius Venandi in alienis agris,& proprios agrorũ Dominos à uenando prohibendi,Principibus aut Nobilibus Germanis rectè eſſe dudũ anteà præſcriptione quæſitum. Porrò Nobiles germani et Principes quaſi poſſeſſionẽ ingrediendi agros alienos, Venationis ergò, fuerunt adepti,quum per 30.dies aliorum agros,eius rei gratia, 82.

non ui, non clàm, non precariò, initio intrarunt? Verùm quia is ingreſſus in agrum alterius, ſeu illa quaſi poſſeſſio ingrediendi, non habuit cauſam continuam: tanto tempore opus fuit ad acquirendum, mediante præſcriptione, ius aut ſeruitutem illam, quanto hominis cuiuſq; memoria ſuperetur, per prædicta.

Simili modo nacti ſunt Principes & Nobiles quaſi poſſeſſionem prohibendi proprios Dominos uenari in agris ſuis, quando illis Venatione interdixerunt, & huiuſmodi prohibitioni agrorum Domini acquieuerunt. Etenim quòd iſta quaſi poſſeſſio cauſam æq;, uti præcedens, non continuam habuit, tanto nimirùm tempore præſcriptio implenda fuit, cuius principium hominis memoria iam nõ teneat. Quamobrem quum in utraq; præſcriptione & quaſi poſſeſſio legitima præceſſerit, & tempus immemorabile conſequutum fuerit: non iniuria Principibus ac Nobilibus & agros alienos ingredi, illicq; pro libitu uenari, & Dominos ſoli à uenando prohibere, nunc licebit.

Poteſt concluſio iſta ſimilibus exemplis comprobari.
83. † Nanq; etſi ea, quæ meræ facultatis ſunt (ſicut eſt uenari, quod omnibus iure gentium eſt liberum: ire ad molendinum modò unius, modò alterius, molendi gratia: atq; id genus plura) nullo tempore nullaue unq; præſcriptione amittantur, ut inde aliquando cuiquam alteri obligatio acquiratur: ad quod bene facit tex. in. c. Poſſeſſiones, in prin. 16. q. 1. eſt notabilis

gloſ.

gloſ.ultima in.l. ſolent. ff.de offic. proconſul.& lega. Bar.in.d.l.i. no. 2.C. de ſeruit. & aqua. Proindè ſi per longiſsimum tempus ueniſſem ad molendinum tuū, molendi cauſa: aut tu ſicut tui parentes fortaſsis olim, hoſpitio diutiſsimè recepiſſes alicuius familiæ Nobiles: non erimus propterea ego & tu obligati poſt hac idem facere: Siquidem illi actus meræ facultatis ſint, ſecundum Petrum, Cynum, & Bal. in prædicta.l.i.C. de ſeruit.& aqua.Innocenti. in. c. cùm Eccęſia ſutrina. ex. de cauſa poſſeſsio.& proprietat. Abb.in. c. Abbate Sancti Siluani.nu. 10. ex.de uerb. ſignifi. Attamen ſi me uolentem accedere aliud molendinum, molendi gratia, prohibueris putans, id tibi iuris eſſe, ego'q; prohibitioni tuæ patienter acquieuero: incipies tu quidem tunc eſſe in quaſi poſſeſsione illius iuris prohibitiui: cui per tempus longiſsimum poſteà præſcribi à te rectè poterit: & iure tum ipſe cogar, nō ad aliud, quàm ad tuum, molendi gratia, uenire molendinum.l.ſi quis diuturno. in prin. ff. ſi ſeruit. uendice. tradit Iaſon in Repetit.l.Quòminus. nu. 28.29.30.31. ubi quàmplurimos ad hoc allegat. ff. de fluminib. & Abbas in allegato.c.Abbate Sancti Syluani.ubi etiam ſcribit nu.11. extraiudicialem prohibitionem ad hoc ſufficere.

Identidem eſt cōpertum, † ut qui in flumine publico piſcatur, ſi alios ipſe (nemine ei contradicente) uolentes inibi piſcari prohibeat, & prohibitioni factæ non reclament illi, quorum intereſt: conſtituatur ex 84.

eo tēpore in quaſi poſſeſſione ibidē ſolus piſcandi, ut et huic iuri præſcribere queat: ita annotāt Ioannes Fabri, Angel. Aretinus, Chriſtophorus Portius, & alij in. §. flumina autem. ſuper glo. in uer. omnibus. Inſti. de rer. diuiſ. Idem Angel. in. §. & quidem. ſuper gloſ. in uer. & mare. eod. tit. Ad huncq; ſenſum intelligenda eſt. l. Si quiſq;. ff. de diuerſ. & temporalib. præſcript. faciunt notata per Baldum in. l. Item lapilli. col. ij. uerſ. Tertio quæro, an poſſum præſcribere. ff. de rer. diuiſ. Atq; in ijſdem terminis Venationis ſic concludit Iacobin. de Sanct. Georgio in ſuo tractatu feudali. in. §. & cum uenationibus. nu. ij. fol. 34. inquiens, cautela eſt pro dominis terrarum, ut interdicant ſubditis uenationes: qui ſi prohibitioni nō contradixerint, præſcriptoq; dominorū paruerint: dominos ſuos in quaſi poſſeſsione prohibendi cōſtituunt, ac ius deniq; tandē Venandi per tēpus poſteà im̄emorabile perdunt: allegat notata in. d. l. i. & l. 2. C. de ſeruit. & aqua. & notata in. l. Qui luminib. ff. de ſeruit. urban. præd. & tradūt Canoniſtæ cōmunibus ſuffragijs in. c. Non eſt. ex. de decim. Nec refragaī premiſſę cōcluſioni tex. in. l. ult. ff. de uſucapionib. illic etenim Papinianus in alijs terminis loquitur, ſcilicet quando hi, quorū intererat, per patientiam nō conſenſerūt, ut ex prædictis liquet. Deniq; ibi ſolūmodò prohibetur longi temporis præſcriptio: noſtra uerò diſputatio eſt de præſcriptione tanti temporis, cuius initij nulla iam extet memoria.

† Ad hæc

† Ad hæc, ille Nobilium Germanorum & Princi- 85.
pum ingreſſus in alienos agros ſæpenumerò repeti-
tus, & prohibitio facta cum patientia Plebeiorum in
utroq; actu ſubſequuta bonam fidem in Nobiliũ ani-
mis fuiſſe, affatim oſtẽdũt, ſecundũ glo. inſignẽ ab om-
nibuſq; receptã in. d. c. Abbate Sancti Syluani. in uer.
Alciatenſem Monachũ. Vbi etiã in ſpecie notat An-
ton. de Butrio col. 3. uerſ. Tertiò quòd utantur &c. ex.
de uerb. ſignifi. Canoniſtæ omnes in. c. Non eſt. ex. de
decim. Meritò utriq; ſeruituti Principes ac Nobiles
Germani nõ iniuria præſcripſerũt. l. ult. ff. quemad. ſer-
uit. amitti. l. ult. ff. de itin. actuq; priuat. cum ſimilibus.

Quare exiſtimabis, ambas Venationis ſeruitutes
prædictas ex illa quaſi poſſeſsione præeunte, & imme-
morabilis temporis curſu Principib. & Nobilib. Ger-
maniȩ iã dudũ quæſitas iure optimo niti: † Quia eiuſ- 86.
modi præſcriptiones uim obtinẽt traditionis & cõtra-
ctus, ueritatiſq; uice funguntur, ſicut Bal. edocet in. l. i. in
3. notab. C. de ſeruit. & aqua. facit tex. in. l. Si pupillus. in
fi. ff. de adminiſtra. tutor. † Et tales quæſitæ ſeruitutes 87.
à iure gentium ſunt. Bar. in. l. i. nu. 3. ff. de ſeruitutib.

Ob id cùm iuri uenandi in alienis agris utroq; mo-
do abundè præſcripſerint cum Principibus Germani
Nobiles: † non tenentur hodiè amplius cauſas aut 88.
titulos cõquiſitȩ ſeruitutis illius cuiquàm hominũ pan-
dere, uel de ijſdem ullam reddere rationem. l. Si quis
diuturno. in prin. ubi etiam Bar. & alij ſcribunt. ff. ſi
ſeruit.

ſeruit.uendic. c.i.cum ibi notatis.de præſcript. lib. 6. d.l.i.cum ibi notatis per Bal.& alios.C.de ſeruit. & a-
89. qua. † Et ut inquit Scæuola, uetuſtas nunc pro iure, & cauſa eſt accipienda.l.ult.ff.de aqua plu. arcen. facit
90. tex.in.l.de quibus.§.Inueterata.ff.de legib. † Proinde ſi eis in iure Venandi quæſito controuerſia fieret, tuerentur ius ſuum in utraq; ſeruitute per in rem confeſſoriam actionem: quò Plebei officio Iudicis cautioni dandæ pro patientia in futurum præſtanda adigerentur. De qua re tamen uideas latè apud ſcribentes in.§.æq;.Inſti. de actio.in.l.i.in prin. ubi gloſ. & Bar.ff.ſi ſeruit.uendi.in.l.Sicuti.§.Ariſto.eod.tit.in.d.l.i.ubi Bal.in i. notabi.C.de ſeruit.& aqua.

Faciunt ad hoc notata per Iacobinũ de Sanct.Georgio in ſuo Tractatu feudali in.§. Et cum Venationibus.nu.9.inquiens: Inueſtituris feudorum ea uerba ſolent plerumq; addi, & cum Venationib.&c. Vndè Principes & Nobiles ſic inueſtiti putant, ſibi ſolis tantùm in illo feudo Venationem deberi, alijs uerò quibuſcunq; prohibitam cenſeri. Meritò ex tali poſſeſsione, in qua illis cõtradicit nemo, ſibi utile, & Cæſari directum Venandi dominium acquirunt. Ad hæc, quod Ioannes Fabri in.§.æq;.col.ij.uerſ. Quid in priuilegijs
91. Principũ.Inſti.de acti.peculariter de his ſcribit. † Tenendo iſtam partẽ, quæ uera eſt atq; cõmunis, in contrariũ per illos poſtremos haud optimos Germanicæ Venationis cenſores in.l.i.ff.de acqui.poſſeſſ.mihi obiecta facilè ruunt.

Porrò

Porrò ſi uel de iure diuino merè Venationem eſſe concederemus: attamen poſſet æquè Imperator ex cauſa legitima eam uni inhibere & alteri totam conferre. † Quando ius diuinum, quod non eſt prohibitiuum 92.
alicuius rei neque pœnam irrogat, loquitur de actibus hominum, aliquam in his præſcribens etiam formam, poteſt nihilominus conſtitutio humana rationabilis ius illud diſtinguere & modificari ut in illo exemplo eſt uidere, in ore duorum uel trium ſtet omne uerbum: Imperator tamen teſtamentis propter fraudes uitandas maiorem teſtium numerum adhibendum præcipit, Bal. & communiter alij in. l. fi. nu. iiij. C. ſi contra ius uel utilit. publicam. Cyn. latè in. d. l. Reſcripta. C. de precib. Imper. offer. Bar. in. l. omnes populi. in tertia quæſtione principali. ff. de Iuſti. & iur. DD. Canoniſtæ in. d. c. Quæ in Eccleſiarum. ex. de conſti. Quare quum in ſubiecto caſu iuſta & manifeſta cauſa non deſit Cæſari, cur de Venationibus ſic diſponat: aut etiam ſi cauſa non eſſet manifeſta, quemadmodum eſt, uoluntas tamen ſola ipſius Cæſaris ſufficiat, uti ſuperius ex communi Doctorum omnium præſcripto retulimus: meritò eius conceſſio uigorem & robur firmum obtinet.

Ad illud obiectum: Princeps etiam ſupremus non poteſt tollere ius naturale & gentium, licet poſſit ius poſitiuum etc. §. ſed naturalia. Inſti. de iur. natur. Eſt in promptu uera reſponſio: † Vt non poſſit ea iura 93.

in totum & in genere ſuo abrogare: ſed eis modò adſdere modò detrahere, uel eadem limitare ex cauſa, iuſtè queat. Sic docent cuncti ſcribentes poſt gloſſas in.l.Ius ciuile.ubi de his ſunt bona exempla.ff.de Iuſti.et iur. in d.§.ſed naturalia.Inſti.de iur.natura. Angel.aretin.in.§.ius ciuile nu.9.uerſ.Redeo nunc ad id.eod.tit. DD. poſt glo. magnam in.l.i.ff. de conſti.prin.in.d.l.Reſcripta. C.de precib. Imper. offer. in.l. ult.C.ſi contra ius uel utilit.in.d.c. Quæ in Eccleſiarum.ex.de conſti.

Neq; uerum eſt, Ioannē Fabri in.d.§.flumina.ad fi. Inſti.de rer.diuiſ.adſerere, quòd ſupremus Princeps ne queat piſcationē in flumine publico oībus uetare: Imò contrariū diſſertè ſcribit, ut antea dixi. Sic quoq; nō loquitur Guido Pape in allegata quęſtione 514.de ſupremo Principe, ſed de Baronibus, qui Delphinū Franciæ ſuperiorē agnoſcunt, ut ipſi piſcationes in fluminibus publicis non ualeant iure cōmuni prohibere: niſi conſuetudo quid amplius poteſtatis ea in re illis tribueret.

94. † Hoſtienſis & Butrius in.d.c.Non eſt.ex.de deciſmis.non ſenſerunt de ſummo Principe prohibente liberam Venationem in loco, quando aiunt, talem Dominum peccare: ſed tantùm intellexerunt de Domino particulari illius loci, recognoſcente ſuperiorem & ius Reipublicæ nō habente, prout Cardinalis ibidem non obſcurè declarat, & nos pridem anteà ſignificauimus. Imò Cardinalis ibi & Hoſtienſis ſententia æquiperat prohibitionem domini recognoſcentis ſuperiorē cum

conſenſu

cōſenſu eorum, quorū intereſt, factā, & prohibitionem Dñi non habentis ſuperiorē ſine conſenſu illorū, quorum intereſt, factā: nempè ut utroq; caſu ualeat prohibitio, & meritò ſit ſeruanda. Aut etiā rectè dixeris: Hoſtienſem & reliquos inibi nominatim loqui, ubi anteà oībus libera Venatio fuerat, & tū primùm Dñs loci eā ſub pœna ꝓhibebat. At in Germania ſecus iā accidit: ꝗ̄ñ edictis pœnalibus ſibi nūc Principes uenandi ius ipſorū propriū defendūt cōtra ſubditos: nō etiā uenationē nūc primùm acquirere uolūt. Iaſon in .d. ſuo cōſil. 119. lib. 4. nō dubitauit de cōceſſa Venatione uni in prœiudiciū alterius per ſummū Principē: ſed de cōceſſione cuiuſdam Marchionis recognoſcētis ſuperiorē & ius Reipublicę non habentis ꝓpoſita ſibi quæſtio fuit. Qđ' indè nimirùm quoq; cōſtat, quoniā allegat pro deciſione quęſtionis eius, notata per Hoſtienſem, Butriū, & Cardinalem in .d.c. Nō eſt. de decim. quos de Principis ꝓhibitione nō habentis ius Reipublicę loqui nuper demonſtraui.

Ad conſiliū Decij 197. lib. 1. reſpondetur eodē modò: quia erat controuerſia, nùm Princeps quidā Marchio poſſet ꝓhibere ſubditis diſponere de Venatione ſuorū prædiorū: non aūt lis erat de prohibitione ſumi Principis. Et allegat pro deciſione illius dubij Decius notata Hoſtienſis & aliorū in .d.c. Nō eſt. de decimis. Ex quo liquet, ſcripta Decij huc, ubi de ſumi Principis ꝓhibitione agit, nō poſſe referri: id qđ' & loco ſuperiore docui.

Schurpffiū in allegato conſil. 1. lib. 3. loqui & ſentire

cum Decio & Iaſone, quos ad ſuum propoſitum alle-gat inibi nominatim, pluſq; manifeſtũ eſt. Aut ſi aliter ipſe, quàm illi, ſentiret: ei minimè gentium crederem.

95. † Poſtremò nõ contradicit concluſioni noſtræ tex. in.l.Iniuriarũ.§.fi.ff.de iniur. quem tex. allegauit anteà Decius in pręallegato eius cõſil. ibi enim fit nulla men-tio de prohibitione Cęſaris, quę fieret ex cauſa rationa-bili occulta uel manifeſta, ſicuti de illa eſt omnis diſpu-tatio noſtra: ſed refertur duntaxat atq; innouatur diſpo-ſitio iuris gentiũ ex iniquo quorundã priuatorũ uſu in piſcationibus publicorũ fluminũ uiolata. Et quod non loquatur de ſumi Principis ꝓhibitione illic I.C. Sed tm̃ hominis priuati, indè quoq; patet: quoniã eum, qui pro hibuerat in Mari piſcari, iniuriarũ actioni obnoxiũ fieri, tradit: quum lex illa aduerſus Cæſaris prohibitionẽ lata nullas planè uires fuiſſet habitura.l. Normã.C.de offi. pręfect. prętor. oriẽt. Quinimò inibi I.C. allegat aucto-ritatẽ Cęſaris, qua nimirùm frętus ita decidit. Nũc obie-ctis contra præſcriptionẽ Principũ & Nobiliũ germa-norũ pauca reſpondeamus. Quoniã uerò pridẽ ſcripſi, iã primùm nõ incipere Germanię Principes et Nobiles Venationibus contra populares præſcribere: Verùm à tanto tempore Venationẽ ipſis ſolis eſſe liberè permiſ-ſam, ut in contrariũ memoria hominis nulli⁹ extet: ocio ſam putarim illam quæſtionẽ, an hodie ſubditi eius rei gratia poſſint indicta corporali pœna prohiberi Vena-tionibus uti. Porrò qui præſcripſit optimo iure nititur uti dixi:

uti dixi: ſiquidē præſcriptio uim traditionis, contractus, & ueritatis obtineat, ſecundum Bald. in .d.l.i. in 3. notab. C. de ſeruit. & aqua.

Non obſtat quod aduerſus Principes & Nobiles Germanos quadam cum diſtinctione in medium profertur: Inſpiciendum nempè prohibitionis modum atq; originem: ut ſi initio corporali pœna prohibiti fuerint à Principibus & Nobilibus populares uenari, propter comminus ingruentem grauis pœnæ metum non cenſeantur ijdem populares huic prohibitioni ullo tempore conſenſiſſe, ac ob id præſcriptioni tùm locum, deficiente ſubditorum conſenſu, nequaq; fuiſſe, per notata ſcribentiū in .d.c. Nō eſt. ex. de decim. et in. §. flumina. Inſti. de rer. diuiſ. Secus ſi mulcta propoſita, uenationibus uacare prohibiti fuiſſent Plebei &c.

Reſponderim ipſe equidē obijci multifariam. † In primis non eſt credendum, Principes & Nobiles Germanos tunc temporis, quo uenatio omnibus paſsim iure gentium libera erat, uetuiſſe ſubditis eam ſub capitis aut amputationis membri alicuius pœna. Eiuſcemodi nanq; prohibitio, mera iniuria fuiſſet, uti rectè monent Canoniſtæ Interpretes in .d.c. Nō eſt. † Sed non præſumuntur delicta in dubio. l. Meritò. & ibi glo. latè. ff. pro ſocio. l. Igitur. uerſ. & generaliter. ff. de liber. cau. cum ſimilibus. ergo &c. 96. 97.

Reſpondeo præterea, quòd ſumus in præſcriptione, aut ſi mauis, in conſuetudine, cuius Principum &

Mm iij originem

originem memoria hominis nullius hoc præſenti ſæculo tenet: igitur talis uetuſtiſſ. obſeruantia æquipollet ueritati: neq; eſt neceſſe de aliqua bona fide Principum & Nobiliū docere, quū nec tituli allegatio tàm longiſsimi uſus ſit exigenda: ut anteriore loco ſcripſi.

Neq; hoc caſu ad firmitatem iuris Venandi Principum & Nobiliū, deſideratur aliquis popularium ſub-
98. ditorum conſenſus: † quoniam uſus tanti temporis, cuius memoria non extat in contrarium, habet uim & robur conceſsionis ſum̄i Principis factæ ex certa ſcientia.c.ſuper quibuſdā.§.præterea, & ibi notatur. ex.de uerb.ſignifi.in.l.Hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æſti.Ita diſſertè cōcludit Bal.in.c.i.nu.3.uerſ. Quædam nituntur.in tit.quæ ſint regal.Ioan.Imolenſis in.l.Si Publicanus.§.ult.uerſ.Sed certè hæc opinio. ff. de publica. Idem in.l.i.§. deniq;.col.penult.ad fi. uerſ.Et in iſto cōclude. ff.de aqua pluui.arcen. Paulus Caſtrenſis.in.l.Imperiū.nu.7.uerſ.Sed dic quòd imò. ff.de iuriſdict.om.iudic.Ant.de Butrio in repetione.c. peruenit.col.24.uerſ.Per hoc apparet quid de pedagijs.ex.de cenſibus.Alexander hoc ipſum ita pro certo et cōmuni adfirmat in ſuo cōſi.6.Incip.Viſo themate et dubijs ſupraſcriptis.col.2.uerſ.Item quia ſecūdū Anto. de Butrio.Lib.i.Cùm itaq; ſuperius aperto iure oſtenderim, uenationē Germanis Principib. atq; Nobilib. Vaſallis in præiudiciū aliorū ſubditorū à Cęſare in feudorū Inueſtituris cōceſſam nō iniq; defendi; conſentaneum

neum identidē erit, ſubditorū cōſenſum Principib. ac Nobilib. hoc præſcriptionis loco minimè expetendū.

Neq; te moueant obiecta de metu pœnæ corporalis durante etc. Etenim exceptio illa non habet locum, quando intercurrit tanti tēporis interuallū, cuius initij memoria apud uiros mortales iam nulla ſit. Nec eo caſu loquuntur Doctores ex locis cōmunibus huc tranſſcripti, ſicut tu ipſe illos quandoq; inſpiciens ignorare non poteris. Nullus quippè metus durare poteſt illius pœnę, quæ an indicta principio fuerit, prorſus neſcitur: argumento. l. Nàm & ſi. §. poſt defectum. ff. de inius. rup. irrit. teſt. Nec poteſt eſſe ſine ſubiecto qualitas. l. Si ſeruum. §. i. ff. de acti. empt. l. Eius. §. fi. ff. ſi cert. pet.

Quare quòd hodie Principes ac Nobiles Germani uenatione ſubditis interdicunt, pœna capitis aut alia ſimili propoſita: nō ita ſupinè accipi cōuenit, perindè ſi iàm primùm præſcriptionis uenationum eſſet initium: ſed quòd potius iura uenandi ipſis iamdudùm quæſita pœnalibus nunc ædictis conſeruent tueanturq;.

Ex me autem ſi fortè quæres, nùm ſæuerioribus hiſcè mortis ſupplicijs uenationes ſuas contra populares ſubditos ualeant Germani Principes atq; Nobiles uindicare? † Reſponderem (ſi me arbitro Principes 99. & Nobiles cum popularibus certarent) ut paulò mitioribus pœnis, grauibus tamen ut cunq;, ius illi ſuum & cum aliquo benignitatis temperamento aduerſus populares ſubditos perſequerentur, iuxta. l. Reſpiciendum.

dum. circa principium.ff.de pœnis. Non planè uellem pro fera aliqua belua capta hominem ad Dei imaginem creatum & Chriſtianum, Saluatoris Chriſti membrum, protinus mactari. Quod enim olim commune omnibus fuit, ſoli nunc Principes & Nobiles Germani ipſi & ſi iure optimo habent: meminiſſe ueruntamen illos decet, de popularium perſonis in ipſos id lege translatum: parcius proindè in ſubditos hoc præſertim nomine, ſi non alio, ſæuiendum: argumento.l. Si iudex circumuẽto. in.fi. ff.de minorib. cum ſimilib.

100. † Obſeruandum eſt ſummoperè, etiam hoc loco, ꝙ ſubditi populares capientes feras cõtra ſuorum Principum uel Nobilium mandatum, furtum facere ferarũ

101. nequaquàm uideri poſſunt. † Quippè feræ beſtiæ in alicuius feudi territorio naturali libertate uagantes, nõ poſſunt dici eſſe illius Vaſalli, ad quem feudum unà cũ Venatione pertinet: quandoquidem tales feræ, priuſqꝫ capiantur, in bonis nullius ſint, & lege diuina ac gentium occupantis fiant.l.i.in prin.ff.de acqui.poſſeſſ.l.i. l.Naturalem.§.illud.ff.de acqui.rer.domin.§.feræ. Inſti.de rer.diuiſi.eſt optimus ad hoc tex.in.l.Precia rerũ. ff.ad.l.falcid.& quàmuis ſoli Vaſallo Principi Germano aut Nobili liceat in feudo illo Venari: attamen quoniam multa accidere poſſunt, ut Vaſallus ipſe eas feras nõ capiat & ipſius Vaſalli feræ illæ omnino non ſunt, ut dixi.d.§.feræ.&.d.l.Naturalem. §.illud.conſequens eſt, popularium ſubditorum aliquem, feras illic

capientem,

capientem, furti reum non fieri. l. i. §. furtum. ff. de furt. Cùm ergò populares ſubditi, qui feras in Germania quandoq; uenant̃, tantùm delinquant in nõ obediendo tacito Cęſaris, & expreſſo Principum uel Nobilium ſuorum prohibitiuo mandato: utiq; non niſi pecuniaria pęna eos mulctandos crediderim. l. i. cum glo. ibi in uer. pœnali. & in uer. iudicio. ff. ſi quis ius dicen. non obtempera. Præſertim uerò quòd, uti loco anteriore ſcripſi, ea ſpes capiendi feras non ſolùm fragilis eſt, ſed & multis oneribus atq; ſumptibus coniuncta: ideoq; tanto minoris æſtimanda.

† Cæterùm ſi feræ beſtiæ in Principis alicuius Vaſalli aut Nobilis uiuario ſeu leporario incluſæ eſſent: aut in Feudo illo alicuius fundi ſaltus, ſeu nemoris, fructus uel in totum uel pro maxima parte ex ſola Venatione conſiſterent: planè fateor, grauiore pœna, furti inſtar, in ferarum beſtiarũ huiuſmodi fures ſeu clandeſtinos Venatores tũ poſſe animaduerti. l. Naturalẽ. §. Illud. ibi, Itaq; ſi per hoc tẽpus etc. ff. de acq. rer. domi. 102.

Poſt hæc congruo loco diſſeremus: nùm iura Venandi Principibus atq; Nobilibus Germanis, uti diximus, acquiſita, cenſenda ſint reales ſeruitutes, aut perſonales potius. Nõ uidetur realis ſeruitus hoc ius Venandi Principum Germanorum ac Nobilium: quandoquidem ſeruitus realis in uno prædio conſtituta abſq; altero uicino fundo, cui ea debeatur, eſſe nequit.

† Ad uſum enim utilitatemq; agrorum uicinorum hæ 103.

ſeruitutes prædiales cùm primis ſunt adinuentæ.l.i.ubi gloſſa.& Doctores per illum tex.ff.communia præd. l.Quoties.l.i.in prin.ff.de ſeruit.l.Ergò.§.nec hauſtum.ff.de ſeruit.ruſti.prædi.§.Ideò autem.Inſti.de ſeruit.ruſt.prædi.Bar.& alij in.l.Vt pomum.in princ. ff.de ſeruitutibus. Sed etſi Nobiles nulla etiam alienis ſiluis habeant uicina prædia,ad quorum utilitatem huiuſmodi ſeruitus debeatur; nihilominus tamen tali utuntur in aliorum ſiluis Venandi licentia. Ergò ſeruitus prædialis iudicanda non eſt.

Neq; ſeruitus perſonalis dicenda eſt hæc Venan-
104. di poteſtas, utputa uſus, uſusfructus. † Quia ſeruitus perſonalis deficit cum perſona, cui debetur.l. Vſus aquæ.ff.de uſu & habitati.l.Lucius.ff.de ſeruit. ruſti.præd.l.Sicut in annos.§.morte.l.Si uſusfructus ciuitati.ff.quibus mod.uſufructu.amitt.l.In omnibus cauſis id obſeruatur.l.priuilegia.ff.de reg.iur. Enimuerò iſtam Venandi licentiam tranſmittunt Germani Principes & Nobiles ad eorum poſteros & hæredes: ideoq; perſonalis ſeruitutis ſpecie non continebitur.Qua de re olim unà cum collegis meis interrogatus, anceps non mediocriter fui, & rationibus multis à me tunc acerrimè pugnatum memini: ſed miſſa iam illa facio.

Reperi Dominum Vdalricum Zaſium,uirum Doctiſſimum atq; adeò Germanorum Iuris ciuilis interpretum ſummum,in.§.æq;.nu.24.Iuſti.de action.qui

hunc

hunc locum ceu amans & ſtudioſus patriæ, deque illa benemerendi piè cupidus, latè explicat. Ait ille, hoc ius uenandi atque alia id genus plura, quæ Nobilibus Germanis in humilioris fortunæ hominum fundos ac nemora competunt, à noſtratibus iuris ciuilis interpretibus, neque reales ſeruitutes, neque perſonales haberi, ſed inter pacta perſonalia connumerari. Eius namque rei nos ita commonefactos à gloſſatore Zaſius putat in.l.pecoris. in glo.ult.ad fi.ff. de ſeruit.ruſti.præd.in.l.Vt poſmum. in i. glo. ff. de ſeruit. in.l.Idem Iulianus.§.ſi quis alicui. in uer. cedere. ff. de legat.i.in.l.ueluti.in uer. uſusfructus.ff. de ſeruit.ruſti.præd. Sic demùm Bar. in. l. Mela. §. fi. poſt glo. ibi, in uerb. perſonæ. in. fi. ff. de alim. & cibar. leg. Verùm hoc ipſe repræhendit: quoniam ſi pactum uel ius quoddam perſonale eſſet iſta Venandi libertas, perſonam non egrederetur, interiretque cum perſona: ſiquidem pacta ad tertium non extendantur. l.Si unus.§.ante omnia. ff. de pactis. Conſequens eſt falſum, quemadmodum quotidianus uſus Germaniæ in iſto iure Venandi demonſtrat: ergò & antecedens. Bal. in. l. fi.C.de condict.indeb. (ait Dominus Zaſius) ſcripſit huiuſmodi iura eſſe perſonales ſeruitutes. Error eſt: uoluit Zaſius allegare Bal. in.l.pen.nu.xij.col.iij.uerſ.Item ſi debeas mihi ſeruitutem.C. de condit. inſert. quo loco Bal. exiſtimat, ius coquendi panem in clibano tuo pro tota familia mea, aut aliud ſimile, eſſe ſeruitutem

Nn ij innomi-

innominatam, quæ à re perſonis debeatur. At Zaſius dictum Baldi repræhendit: quia ſi hæc iura nuncupabimus ſeruitutes perſonales, incidimus in priores difficultates, ut cum perſona finiri debeant: ideò aliud de his nouè contra glo. ac Doctores alios pridem memoratos ſtatuendum ipſe omninò cenſuit.

Subindè ſtatim addit Dominus Zaſius, ſe cum Ioanne Fabri illic indubitanter putare, huiuſmodi iura eſſe ſeruitutes reales, ſed fortaſſè innominatas: atque ſic notiſſima conſuetudine Germaniæ ſeruari. Etenim, ipſe inquit, perpetuæ ſunt, & ad hæredes extenduntur, et ſequuntur quemcunque poſſeſſorem fundi ſeruientis, ſicut aliæ ſeruitutes reales. Nec ad rem pertinet, quòd à re rei non uideantur competere: imò probabiliter defendi poteſt, eas à re rei deberi. Cùm enim ſeruitutes huiuſmodi plerunque debeantur à uicino prædio Ciuitatibus, Monaſterijs, Caſtris, Villis, Nobilium familiæ: conſequens eſt, quòd in huiuſmodi ſeruitutibus non ſolùm extet fundus ſeruiens, ſed etiam fundus dominans (iſta nunque eſſe audita, ille ſcribit) nempè Ciuitas, Communitas, Monaſterium, Vicus, Caſtrum, Villa, & ſic de alijs. Quæ loca rectè nomine fundi ueniunt, & in fundo dominanti computabuntur. Nàm & Cicero in oratione pro Marcello totos populos, fundos nominat à fundo: & gloſſa. in. l. Si fur. in fi. ff. de uſucap. partem fundi dicit eſſe quotam aliquam partem mundi. Et quàmuis in

prædictis

prædictis ſeruitutibus commoditas perſonis quæra-
tur: prædij tamen dicetur, non perſonarum: ut uoluit
in ſimili. gloſ. in. l. i. in uer. computanda. ff. de ſeruit.
ruſt. præd. facit altera gloſ. ſingularis in. l. ij. in uer.
cloacam. ff. eod. (audite mirabilem gloſ. Zaſius ait)
quæ uult Colonos agri mei uelut pro fundo domi-
nante reputari. Itaq; nemo ſiniſtrè (ipſe ait) mihi in-
terpretetur, ſi huiuſmodi iura Germaniæ, ſeruitutes
reales contra communiter Doctores dixerim. Hæc
inibi Dominus Zaſius. Eadem penè omnia repetijt
in ſuo conſil. 6. Incip. Illuſtriſsime, Reuerendiſsime,
& gratioſe domine. col. fi. lib. 2.

† Reor ego equidem ultra alios (ſi ut Paulus mo- 105.
net, ab effectu nobis argumenta deſumere licet. l. De-
bitor. ibi, uideamus de effectu rei. ff. ad Trebell. cum
ſimilibus) ac præter omnium opinionem, ius iſtud
uenandi Germanicum nihil aliud eſſe, quàm ſeruitu-
tem in fundis ſubditorū populariū iuriſdictioni Prin-
cipum atq; Nobilium debitam. Conſtat ſenſus hic
meus ex effectu ipſo.

Pone aliquem priuari mero & mixto Imperio cum
omni iuriſdictione, quam habuit in territorio, citra ta-
men aliam pœnam aut relegationem: ille idem cum
iuriſdictione ius uenandi perdit. Aliqua huius rei ipſe
exempla in Germania uidi. Siquidem poſt confectū
à Cæſare Anno Domini M. D. XLVII. In Ger-
mania Schmalkaldicum Bellum fuerunt priuati Prin-

cipes & Nobiles non pauci tunc iuriſdictione, quam habuerunt in Ducatu, aut Comitatu aliquo: demum illos Cæſar ſimpliciter recepit in gratiam, offenſaſq; condonauit: ueruntamen priuſq; eis iuriſdictionem ademptam reſtituerit, mandaueritq; ſubditis populis, ut illos, ceu dominos & Magiſtratus ſuos, agnoſcerent, nullam uenationem ibi exercere, aut quid aliud contra illius ducatus, & territorij incolas intereà temporis moliri auſi fuiſſent.

Præthereà ſi Princeps aut Nobilis aliquis donaret Plebeio, aut uenderet mercatori nudam arcem ſuam, puta ueterem, ſine tamen iuriſdictione: in qua arce diu anteà ſemper habitauit: & ipſe Princeps ſeu Nobilis, anteq; nouam extrueret, habitaret in alio loco eiuſdem territorij, abiecto ſcilicet & ignobili ædificio: certè nemo diceret, ius uenandi eſſe acquiſitũ merca-
106. tori propter emptam ueterem arcem: † quum tamen (ſi prædialis ſeruitus eſſet debita illi arci, quemadmodum Zaſius perſuaſus fuit) ad quoſcunq; ſucceſſores, & ad emptorem arcis, uelut realis ſeruitus, tranſitura fuiſſet. l. Cum fundus. ff. communia. præd. l. Via, §. ſi fundus. &. §. quæcunq;. ff. de ſeruit. ruſti. præd. l. Si aquæductus. ff. de contrah. emptio. l. penul. ibi, tantundem iuris ad hæredem quoq; tranſmitteretur &c. ff. de ſeruit. legat. urbica. & ruſti. At remanet nihilominus tale ius uenandi apud Principẽ uel Nobilem ubilibet habitantem, ad quem territorij illius, pertinet

pertinet iuriſdictio: ergò dicendum eſt, ad iuriſdictionem ſolam ius uenandi oportere referri. Alia poſſent huius rei dari exempla, quæ tute olim uſu & experientia melius cognoſces.

Quamobrem crediderim, † uenationem Germanicam eſſe ſeruitutē iuriſdictionis, ſeu (ut ita dixerim) iuriſdictionalem: quæ naturā realis ſeruitutis habeat. Tunc omnia exolent cōtraria, & rationi ſenſus in hoc maximè conuenit. Porrò debetur iſta ſeruitus à ſubiecto territorio cohærenti iuriſdictioni, ſicq; à re rei. 107.
† Nàm quemadmodum fundus proprietatem habet, 108.
ita & iuriſdictio ſuam dicitur habere proprietatē: atq; ſic Bal. proprietatem iuriſdictionis nominat. in. l. A procuratore. poſt principium. uerſ. nihil enim habet commune proprietas fundorum. C. mand.

† Et licet iuriſdictio dicatur cohærere perſonæ magiſtratus, ſicut dominium rerum perſonæ domini, 109.
ut declarat Bar. in. l. i. col. ult. ff. de iuriſdicti. omni. iud. per conſequens uideretur potius ſeruitus perſonalis, ut puta debita perſonę eius, qui habet iuriſdictionem; attamen reſponde, iuriſdictonem cohærere perſonæ magiſtratus ſecundū quid, id eſt reſpectu exercitij ipſius iuriſdictionis: ſed uniuerſaliter cohæret ſubiecto territorio, cuius latitudinē & longitudinem nō egreditur. l. ult. ff. de iuriſdict. omni. iud. l. Pupillus. §. territorium. ff. de uerb. ſignifi. Vndè aiebat idem Bar. in. d. l. i.

in totum & in genere ſuo abrogare: ſed eis modò addere modò detrahere, uel eadem limitare ex cauſa, iuſtè queat. Sic docent cuncti ſcribentes poſt gloſſas in .l. Ius ciuile. ubi de his ſunt bona exempla. ff. de Iuſti. et iur. in d. §. ſed naturalia. Inſti. de iur. natura. Angel. aretin. in. §. ius ciuile nu. 9. uerſ. Redeo nunc ad id. eod. tit. DD. poſt glo. magnam in. l. i. ff. de conſti. prin. in. d. l. Reſcripta. C. de precib. Imper. offer. in. l. ult. C. ſi contra ius uel utilit. in. d. c. Quæ in Eccleſiarum. ex. de conſti.

Neq; uerum eſt, Ioannē Fabri in. d. §. flumina. ad fi. Inſti. de rer. diuiſ. adſerere, quòd ſupremus Princeps ne queat piſcationē in flumine publico oībus uetare: Imò contrariū diſſertè ſcribit, ut antea dixi. Sic quoq; nō loquitur Guido Pape in allegata quęſtione 514. de ſupremo Principe, ſed de Baronibus, qui Delphinū Franciæ ſuperiorē agnoſcunt, ut ipſi piſcationes in fluminibus publicis non ualeant iure cōmuni prohibere: niſi conſuetudo quid amplius poteſtatis ea in re illis tribueret.

94. † Hoſtienſis & Butrius in. d. c. Non eſt. ex. de decimis. non ſenſerunt de ſummo Principe prohibente liberam Venationem in loco, quando aiunt, talem Dominum peccare: ſed tantùm intellexerunt de Domino particulari illius loci, recognoſcente ſuperiorem & ius Reipublicæ nō habente, prout Cardinalis ibidem non obſcurè declarat, & nos pridem anteà ſignificauimus. Imò Cardinalis ibi & Hoſtienſis ſententia æquiperat prohibitionem domini recognoſcentis ſuperiorē cum conſenſu

cõſenſu eorum, quorũ intereſt, factã, & prohibitionem Dñi non habentis ſuperiorẽ ſine conſenſu illorũ, quorum intereſt, factã: nempè ut utroq; caſu ualeat prohibitio, & meritò ſit ſeruanda. Aut etiã rectè dixeris: Hoſtienſem & reliquos inibi nominatim loqui, ubi anteà oĩbus libera Venatio fuerat, & tũ primùm Dñs loci eã ſub pęna ꝓhibebat. At in Germania ſecus iã accidit: ꝙ ñ edictis pœnalibus ſibi nũc Principes uenandi ius ipſorũ propriũ defendũt cõtra ſubditos: nõ etiã uenationẽ nũc primùm acquirere uolũt. Iaſon in .d. ſuo cõſil. 119. lib. 4. nõ dubitauit de cõceſſa Venatione uni in prȩiudiciũ alterius per ſummũ Principẽ: ſed de cõceſſione cuiuſdam Marchionis recognoſcẽtis ſuperiorẽ & ius Reipublicę non habentis ꝓpoſita ſibi quæſtio fuit. Qđ indè nimirùm quoq; cõſtat, quoniã allegat pro deciſione quęſtionis eius, notata per Hoſtienſem, Butriũ, & Cardinalem in .d.c. Nõ eſt. de decim. quos de Principis ꝓhibitione nõ habentis ius Reipublicę loqui nuper demonſtraui.

Ad conſiliũ Decij 197. lib. i. reſpondetur eodẽ modò: quia erat controuerſia, nùm Princeps quidã Marchio poſſet ꝓhibere ſubditis diſponere de Venatione ſuorũ prædiorũ: non aũt lis erat de prohibitione ſumi Principis. Et allegat pro deciſione illius dubij Decius notata Hoſtienſis & aliorũ in .d.c. Nõ eſt. de decimis. Ex quo liquet, ſcripta Decij huc, ubi de ſumi Principis ꝓhibitione agit, nõ poſſe referri: id qđ & loco ſuperiore docui.

Schurpffiũ in allegato conſil. i. lib. 3. loqui & ſentire

cum Decio & Iaſone, quos ad ſuum propoſitum alle- gat inibi nominatim, pluſq; manifeſtũ eſt. Aut ſi aliter ipſe, quàm illi, ſentiret: ei minimè gentium crederem.

95. † Poſtremò nõ contradicit concluſioni noſtræ tex. in.l.Iniuriarũ.§.fi.ff.de iniur. quem tex. allegauit anteà Decius in præallegato eius cõſil. ibi enim fit nulla men- tio de prohibitione Cæſaris, quæ fieret ex cauſa rationa- bili occulta uel manifeſta, ſicuti de illa eſt omnis diſpu- tatio noſtra: ſed refertur duntaxat atq; innouatæ diſpo- ſitio iuris gentiũ ex iniquo quorundã priuatorũ uſu in piſcationibus publicorũ fluminũ uiolata. Et quod non loquatur de ſum̃i Principis ꝓhibitione illic I.C. Sed tm̃ hominis priuati, indè quoq; patet: quoniã eum, qui pro hibuerat in Mari piſcari, iniuriarũ actioni obnoxiũ fieri, tradit: quum lex illa aduerſus Cæſaris prohibitionẽ lata nullas planè uires fuiſſet habitura.l. Normã.C.de offi. præfect. prætor. oriẽt. Quinimò inibi I.C. allegat aucto- ritatẽ Cæſaris, qua nimirùm fretus ita decidit. Nũc obie- ctis contra præſcriptionẽ Principũ & Nobiliũ germa- norũ pauca reſpondeamus. Quoniã uerò pridẽ ſcripſi, iã primùm nõ incipere Germaniæ Principes et Nobiles Venationibus contra populares præſcribere: Verùm à tanto tempore Venationẽ ipſis ſolis eſſe liberè permiſ- ſam, ut in contrariũ memoria hominis nulli⁹ extet: ocio ſam putarim illam quæſtionẽ, an hodie ſubditi eius rei gratia poſſint indicta corporali pœna prohiberi Vena- tionibus uti. Porrò qui præſcripſit optimo iure nititur uti dixi:

uti dixi: ſiquidē præſcriptio uim traditionis, contractus, & ueritatis obtineat, ſecundum Bald. in .d.l.i. in 3. notab. C. de ſeruit. & aqua.

Non obſtat quod aduerſus Principes & Nobiles Germanos quadam cum diſtinctione in medium profertur: Inſpiciendum nempè prohibitionis modum atq; originem: ut ſi initio corporali pœna prohibiti fuerint à Principibus & Nobilibus populares uenari, proter comminus ingruentem grauis pœnæ metum non cenſeantur ijdem populares huic prohibitioni ullo tempore conſenſiſſe, ac ob id præſcriptioni tùm locum, deficiente ſubditorum conſenſu, nequaq; fuiſſe, per notata ſcribentiū in .d.c. Nō eſt. ex. de decim. et in. §. flumina. Inſti. de rer. diuiſ. Secus ſi mulcta propoſita, uenationibus uacare prohibiti fuiſſent Plebei &c.

Reſponderim ipſe equidē obijci multifariam. † In primis non eſt credendum, Principes & Nobiles Germanos tunc temporis, quo uenatio omnibus paſsim iure gentium libera erat, uetuiſſe ſubditis eam ſub capitis aut amputationis membri alicuius pœna. Eiuſcemodi nanq; prohibitio, mera iniuria fuiſſet, uti rectè monent Canoniſtæ Interpretes in .d.c. Nō eſt. † Sed non præſumuntur delicta in dubio. l. Meritò. & ibi glo. latè. ff. pro ſocio. l. Igitur. uerſ. & generaliter. ff. de liber. cau. cum ſimilibus. ergo &c. 96. 97.

Reſpondeo præterea, quòd ſumus in præſcriptione, aut ſi mauis, in conſuetudine, cuius Principum &

Mm iij originem

originem memoria hominis nullius hoc præſenti ſæculo tenet: igitur talis uetuſtiſſ. obſeruantia æquipollet ueritati: neq; eſt neceſſe de aliqua bona fide Principum & Nobiliũ docere, quũ nec tituli allegatio tàm longiſsimi uſus ſit exigenda: ut anteriore loco ſcripſi.

Neq; hoc caſu ad firmitatem iuris Venandi Principum & Nobiliũ, deſideratur aliquis popularium ſub-
98. ditorum conſenſus: † quoniam uſus tanti temporis, cuius memoria non extat in contrarium, habet uim & robur conceſsionis ſumi Principis factæ ex certa ſcientia.c.ſuper quibuſdã.§.prætereà, & ibi notatur. ex.de uerb.ſignifi. in.l.Hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æſti.Ita diſſertè cõcludit Bal.in.c.i.nu.3.uerſ. Quædam nituntur.in tit.quæ ſint regal.Ioan.Imolenſis in.l.Si Publicanus.§.ult.uerſ.Sed certè hæc opinio. ff. de publica. Idem in.l.i.§. deniq;.col.penult.ad fi. uerſ.Et in iſto cõclude. ff.de aqua pluui.arcen. Paulus Caſtrenſis.in.l.Imperiũ.nu.7.uerſ.Sed dic quòd imò. ff.de iuriſdict.om.iudic.Ant.de Butrio in repetione.c. peruenit.col.24.uerſ.Per hoc apparet quid de pedagijs.ex.de cenſibus.Alexander hoc ipſum ita pro certo et cõmuni adfirmat in ſuo cõſi.6.Incip.Viſo themate et dubijs ſupraſcriptis.col.2.uerſ.Item quia ſecũdũ Anto. de Butrio.Lib.i.Cùm itaq; ſuperius aperto iure oſtenderim,uenationẽ Germanis Principib. atq; Nobilib. Vaſallis in præiudiciũ aliorũ ſubditorũ à Cæſare in feudorũ Inueſtituris cõceſſam nõ iniq; defendi;conſentaneum

neûm identidē erit, ſubditorū cōſenſum Principib. ac Nobilib.hoc præſcriptionis loco minimè expetendū.

Neq; te moueant obiecta de metu pœnæ corporalis durante etc.Etenim exceptio illa non habet locum, quando intercurrit tanti tēporis interuallū, cuius initij memoria apud uiros mortales iam nulla ſit.Nec eo caſu loquuntur Doctores ex locis cōmunibus huc tranſſcripti, ſicut tu ipſe illos quandoq; inſpiciens ignorare non poteris. Nullus quippè metus durare poteſt illius pœnę,quæ an indicta principio fuerit,prorſus neſcitur: argumento.l. Nàm & ſi.§.poſt defectum.ff.de inius. rup.irrit.teſt.Nec poteſt eſſe ſine ſubiecto qualitas.l.Si ſeruum.§.i.ff.de acti.empt.l.Eius.§.fi.ff.ſi cert.pet.

Quare quòd hodie Principes ac Nobiles Germani uenatione ſubditis interdicunt,pœna capitis aut alia ſimili propoſita: nō ita ſupinè accipi cōuenit,perindè ſi iàm primùm præſcriptionis uenationum eſſet initium: ſed quòd potius iura uenandi ipſis iamdudùm quæſita pœnalibus nunc adictis conſeruent tueanturq;.

Ex me autem ſi fortè quæres, nùm ſæuerioribus hiſcè mortis ſupplicijs uenationes ſuas contra populares ſubditos ualeant Germani Principes atq; Nobiles uindicare? † Reſponderem (ſi me arbitro Principes 99. & Nobiles cum popularibus certarent) ut paulò mitioribus pœnis, grauibus tamen ut cunq;,ius illi ſuum & cum aliquo benignitatis temperamento aduerſus populares ſubditos perſequerentur,iuxta.l.Reſpiciendum.

dum. circa principium. ff. de pœnis. Non planè uellem pro fera aliqua belua capta hominem ad Dei imaginem creatum & Chriſtianum, Saluatoris Chriſti membrum, protinus mactari. Quod enim olim commune omnibus fuit, ſoli nunc Principes & Nobiles Germani ipſi & ſi iure optimo habent: meminiſſe ueruntamen illos decet, de popularium perſonis in ipſos id lege translatum: parciùs proindè in ſubditos hoc præſertim nomine, ſi non alio, ſæuiendum: argumento. l. Si iudex circumuēto. in. fi. ff. de minorib. cum ſimilib.

100. † Obſeruandum eſt ſummoperè, etiam hoc loco, ꝙ ſubditi populares capientes feras cōtra ſuorum Principum uel Nobilium mandatum, furtum facere ferarū

101. nequaquàm uideri poſſunt. † Quippè feræ beſtiæ in alicuius feudi territorio naturali libertate uagantes, nō poſſunt dici eſſe illius Vaſalli, ad quem feudum unà cū Venatione pertinet: quandoquidem tales feræ, priuſquàm capiantur, in bonis nullius ſint, & lege diuina ac gentium occupantis fiant. l. i. in prin. ff. de acqui. poſſeſſ. l. i. l. Naturalem. §. illud. ff. de acqui. rer. domin. §. feræ. Inſti. de rer. diuiſi. eſt optimus ad hoc tex. in. l. Precia rerū. ff. ad. l. falcid. & quàmuis ſoli Vaſallo Principi Germano aut Nobili liceat in feudo illo Venari: attamen quoniam multa accidere poſſunt, ut Vaſallus ipſe eas feras nō capiat & ipſius Vaſalli feræ illæ omninò non ſunt, ut dixi. d. §. feræ. & d. l. Naturalem. §. illud. conſequens eſt, popularium ſubditorum aliquem, feras illic

capientem,

capientem, furti reum non fieri. l. i. §. furtum. ff. de furt. Cùm ergò populares ſubditi, qui feras in Germania quandoq; uenant, tantùm delinquant in nõ obediendo tacito Cęſaris, & expreſſo Principum uel Nobilium ſuorum prohibitiuo mandato: utiq; non niſi pecuniaria pęna eos mulctandos crediderim. l. i. cum glo. ibi in uer. pœnali. & in uer. iudicio. ff. ſi quis ius dicen. non obtempera. Præſertim uerò quòd, uti loco anteriore ſcripſi, ea ſpes capiendi feras non ſolùm fragilis eſt, ſed & multis oneribus atq; ſumptibus coniuncta: ideoq; tanto minoris æſtimanda.

† Cæterùm ſi feræ beſtiæ in Principis alicuius Vaſalli aut Nobilis uiuario ſeu leporario incluſæ eſſent: aut in Feudo illo alicuius fundi ſaltus, ſeu nemoris, fructus uel in totum uel pro maxima parte ex ſola Venatione conſiſterent: planè fateor, grauiore pœna, furti inſtar, in ferarum beſtiarũ huiuſmodi fures ſeu clandeſtinos Venatores tũ poſſe animaduerti. l. Naturalẽ. §. Illud. ibi, Itaq; ſi per hoc tẽpus etc. ff. de acq. rer. domi. 102.

Poſt hæc congruo loco diſſeremus: nùm iura Venandi Principibus atq; Nobilibus Germanis, uti diximus, acquiſita, cenſenda ſint reales ſeruitutes, aut perſonales potius. Nõ uidetur realis ſeruitus hoc ius Venandi Principum Germanorum ac Nobilium: quandoquidem ſeruitus realis in uno prædio conſtituta abſq; altero uicino fundo, cui ea debeatur, eſſe nequit.

† Ad uſum enim utilitatemq; agrorum uicinorum hæ 103.

ſeruitutes prædiales cùm primis ſunt adinuentæ.l.i.ubi gloſſa. & Doctores per illum tex.ff.communia præd. l.Quoties.l.i.in prin.ff.de ſeruit.l.Ergò.§.nec hauſtum.ff.de ſeruit.ruſti.prædi.§.Ideò autem.Inſti.de ſeruit.ruſt.prædi.Bar.& alij in.l.Vt pomum.in princ. ff.de ſeruitutibus. Sed etſi Nobiles nulla etiam alienis ſiluis habeant uicina prædia, ad quorum utilitatem huiuſmodi ſeruitus debeatur: nihilominus tamen tali utuntur in aliorum ſiluis Venandi licentia. Ergò ſeruitus prædialis iudicanda non eſt.

Necꝑ ſeruitus perſonalis dicenda eſt hæc Venan-
104. di poteſtas, utputa uſus, uſusfructus. † Quia ſeruitus perſonalis deficit cum perſona, cui debetur. l. Vſus aquæ.ff.de uſu & habitati.l.Lucius.ff.de ſeruit. ruſti. præd. l. Sicut in annos. §. morte.l.Si uſusfructus ciuitati. ff. quibus mod. uſufructu. amitt. l. In omnibus cauſis id obſeruatur.l.priuilegia.ff.de reg. iur. Enimuerò iſtam Venandi licentiam tranſmittunt Germani Principes & Nobiles ad eorum poſteros & hæredes: ideoꝙ perſonalis ſeruitutis ſpecie non continebitur. Qua de re olim unà cum collegis meis interrogatus, anceps non mediocriter fui, & rationibus multis à me tunc acerrimè pugnatum memini: ſed miſſa iam illa facio.

Reperi Dominum Vdalricum Zaſium, uirum Doctiſſimum atꝙ adeò Germanorum Iuris ciuilis interpretum ſummum, in.§.æꝙ.nu.24.Inſti.de action.qui hunc

hunc locum ceu amans & ſtudioſus patriæ, deq; illa benemerendi piè cupidus, latè explicat. Ait ille, hoc ius uenandi atq; alia id genus plura, quæ Nobilibus Germanis in humilioris fortunæ hominum fundos ac nemora competunt, à noſtratibus iuris ciuilis interpretibus, neq; reales ſeruitutes, neq; perſonales haberi, ſed inter pacta perſonalia connumerari. Eius namq; rei nos ita commonefactos à gloſſatore Zaſius putat in.l.pecoris. in glo.ult.ad fi.ff. de ſeruit.ruſti.præd.in.l. Vt pomum. in i. glo. ff. de ſeruit. in. l. Idem Iulianus. §. ſi quis alicui. in uer. cedere. ff. de legat. i. in.l.ueluti.in uer. uſusfructus.ff. de ſeruit. ruſti. præd. Sic demùm Bar. in. l. Mela. §. fi. poſt glo. ibi, in uerb. perſonæ. in. fi. ff. de alim. & cibar. leg. Verùm hoc ipſe repræhendit: quoniam ſi pactum uel ius quoddam perſonale eſſet iſta Venandi libertas, perſonam non egrederetur, interiretq; cum perſona: ſiquidem pacta ad tertium non extendantur. l.Si unus.§.ante omnia. ff. de pactis. Conſequens eſt falſum, quemadmodum quotidianus uſus Germaniæ in iſto iure Venandi demonſtrat: ergò & antecedens. Bal. in. l. fi.C.de condict.indeb. (ait Dominus Zaſius) ſcripſit huiuſmodi iura eſſe perſonales ſeruitutes. Error eſt: uoluit Zaſius allegare Bal. in. l.pen.nu.xij.col.iij.uerſ.Item ſi debeas mihi ſeruitutem. C. de condit. inſert. quo loco Bal. exiſtimat, ius coquendi panem in clibano tuo pro tota familia mea, aut aliud ſimile, eſſe ſeruitutem

prædictis ſeruitutibus commoditas perſonis quæra‑
tur: prædij tamen dicetur, non perſonarum: ut uoluit
in ſimili. gloſ. in. l. i. in uer. computanda. ff. de ſeruit.
ruſt. præd. facit altera gloſ. ſingularis in. l. ij. in uer.
cloacam. ff. eod. (audite mirabilem gloſ. Zaſius ait)
quæ uult Colonos agri mei uelut pro fundo domi‑
nante reputari. Itaq; nemo ſiniſtrè (ipſe ait) mihi in‑
terpretetur, ſi huiuſmodi iura Germaniæ, ſeruitutes
reales contra communiter Doctores dixerim. Hæc
inibi Dominus Zaſius. Eadem penè omnia repetijt
in ſuo conſil. 6. Incip. Illuſtriſsime, Reuerendiſsime,
& gratioſe domine. col. fi. lib. 2.

† Reor ego equidem ultra alios (ſi ut Paulus mo‑ 105.
net, ab effectu nobis argumenta deſumere licet. l. De‑
bitor. ibi, uideamus de effectu rei. ff. ad Trebell. cum
ſimilibus) ac præter omnium opinionem, ius iſtud
uenandi Germanicum nihil aliud eſſe, quàm ſeruitu‑
tem in fundis ſubditorũ populariũ iuriſdictioni Prin‑
cipum atq; Nobilium debitam. Conſtat ſenſus hic
meus ex effectu ipſo.

Pone aliquem priuari mero & mixto Imperio cum
omni iuriſdictione, quam habuit in territorio, citra ta‑
men aliam pœnam aut relegationem: ille idem cum
iuriſdictione ius uenandi perdit. Aliqua huius rei ipſe
exempla in Germania uidi. Siquidem poſt confectũ
à Cæſare Anno Domini M. D. XLVII. In Ger‑
mania Schmalkaldicum Bellum fuerunt priuati Prin‑

pertinet iuriſdictio: ergò dicendum eſt, ad iuriſdictionem ſolam ius uenandi oportere referri. Alia poſſent huius rei dari exempla, quæ tute olim uſu & experientia melius cognoſces.

Quamobrem crediderim, † uenationem Germanicam eſſe ſeruitutē iuriſdictionis, ſeu (ut ita dixerim) iuriſdictionalem: quæ naturā realis ſeruitutis habeat. Tunc omnia exolent cōtraria, & rationi ſenſus in hoc maximè conuenit. Porrò debetur iſta ſeruitus à ſubiecto territorio cohærenti iuriſdictioni, ſicq; à re rei. 107.
† Nàm quemadmodum fundus proprietatem habet, ita & iuriſdictio ſuam dicitur habere proprietatē: atq; ſic Bal. proprietatem iuriſdictionis nominat. in. l. A procuratore. poſt principium. uerſ. nihil enim habet commune proprietas fundorum. C. mand. 108.

† Et licet iuriſdictio dicatur cohærere perſonæ magiſtratus, ſicut dominium rerum perſonæ domini, ut declarat Bar. in. l. i. col. ult. ff. de iuriſdicti. omni. iud. per conſequens uideretur potius ſeruitus perſonalis, ut puta debita perſonę eius, qui habet iuriſdictionem; attamen reſponde, iuriſdictonem cohærere perſonæ magiſtratus ſecundū quid, id eſt reſpectu exercitij ipſius iuriſdictionis: ſed uniuerſaliter cohæret ſubiecto territorio, cuius latitudinē & longitudinem nō egreditur. l. ult. ff. de iuriſdict. omni. iud. l. Pupillus. §. territorium. ff. de uerb. ſignifi. Vndè aiebat idem Bar. in. 109.

d. l. i.

d.l.i.col.ult.nu.16.quòd Princeps,ſi cui concedat uniuerſaliter territorium aliquod, intelligitur etiam iuriſdictionem uniuerſaliter ſimul concedere. Et rurſus ipſe Bar.in.l.i.§.Cùm urbem noſtram.nu.9.ff.de offi. præfec.urb.dicit, quòd omnis iuriſdictio ordinaria territorio cohæret. allegat tex. in.l.fi.C. ubi & apud quos..ac alibi, nempè in.l.Inter eos.ff.de acquir.rer. domi. inquit, iuriſdictionem in dubio cohærere ter-
110. ritorio. † Innominatam quoque iſtiuſmodi uenationis ſeruitutem nuncupabo, quoniam inter nominatas non computatur.l.i.& glo.in uer.computanda.ac Doctores.ff.de ſeruit.ruſti.præd.

Ex his proindè Venationem Germanicam ſic rectè
111. diffiniam: † Venatio Germanica eſt ius ſiuè ex ſummi Principis conceſsione, ſiuè ex temporis immemorabilis præſcriprione in fundis popularium ſubditorũ iuriſdictioni illius territorij & eius Domino debitum: quòd ſeruitutem innominatam quis meritò dicet. Cur autem ius illud ita diffinuerim,& ſingula in diffinitione uerba ſic poſuerim,ex prolixè ſuperius traditis haud obſcurè liquet. A prædictis indubitata definitio pendet quæſtionis quotidianæ: nùm & quatenus liceat
112. Syluarum dominis arbores excidere. † Poterunt namque illi ſanè ita Syluis proprijs frui,& arbores cedere Syluarum, quò tamen uenatio ferarum deterior nõ fiat,arg.l.i.§.Labeo putat.ff.de aqua quotidia.& æſti. Alioqui Principes & Nobiles, quanti ſua intererit à

prædio-

prædiorum Dominis per confeſſoriam in rem actionem erunt conſequuturi.l.Loci corpus.§.in confeſſoria.&.§.ſi quis.ubi etiam DD.l.ſi quis diuturno.§.Agi autem.ff.ſi ſeruitus uend.l.i.§.ult.cum.l.ſequenti.ubi glo.& DD.ff.de no.op.nunc.faciunt notata per Bal. in.l.Ea lege.nu.18.C.de condict.ob cauſam.dat.per Bar.& Paulum Caſtren.in.l.fluminum.§.ult.cum.l. ſequenti.ff.de dam.infect.Quam actionem in rem confeſſoriam directam ſoli Principes ac Nobiles exercebunt, qui iuri Venandi ex immemorabili tempore ita,ut anteà diximus,præſcripſerunt. Cæterùm qui ius Venandi à Cæſaris indulto habent,quoniam utile eis duntaxat Dominium in ea Venatione eſt,uti Iacobin. de S.Georgio.in ſuo tractatu Feud.in uer.Et cum Venationibus.nu.9.ait, utili tantum confeſſoria in rem actione utentur,iuxta notata in.l.i.§.fin.per glo.ibi,in uer.prætorio.& per Bar.ff.de ſuperficieb.Aut ſi dolo malo proprietarij ſyluarum ad Venationis detrimentum uerſarentur: actionis doli quoq; non iniuria fierent Rei.l.i.§.Deniq;.el.i.l.Si in meo.ff.de aqua plu. arc.l.Si eo loco.ff.ſi ſer.uend.

Econtrariò uiciſſim ita Principes & Nobiles iure ſuo Venandi uti poſſunt, quò non Tyranni,non homines efferi, ſed humanæ ſortis memores, Chriſtianæ pietatis obſeruatores uideantur. † Quod nempè fecerint, ſi Dominis ſyluarum in ea Venandi ſeruitute non immodicè nocuerint; ſi grauiore ſeruitute agros 113.

aliorum, quàm eos pati naturæ & æquitatis ratio ſua-
deat, non præſſerint. l. Cuius ædificium. ff. de ſeruit.
urban. præd. l. ij. §. fi. ibi, ſi tamen non ultra modum
noceat etc. ff. de aqua. plu. arcen. Id quod loco anterio-
re affatim quoq; docui. Nunc uerò poſteaq; longum
per uarios anfractus Venandi ſtudio emenſi iam
fuimus iter, non ab re uidetur, receptui uo-
bis deniq; tandem canere. De his igi-
tur hactenus ad laudem & glo-
am Altiſſimi. Amen.

INDEX

INDEX LIBRI DE DVplici Venatione.

A.

ACceſsiones legati uel fideicommiſsi in diem aut ſub conditione relicti illo medio tempore obuenientes, hæredi (non item fidei commiſsario) teſtatoris iudicio cedere: ipſiſq; hæredi in falcidiam, ſi eius quæſtio incidat, imputari. nu.3.

Acceſsionum ciuilium generalis appellatio: ſub qua uſuræ, intereſſe, penſiones, et commoda quædam comprehendantur. nu.16.

Allegata mentē allegantis et ſenſum indicant. nu.37.

Aſſentatores, qui. nu.40.

Aucupia & piſcationes quando in fructu habeantur. nu.20.

B.

Bonam fidem in genere præſcriptionis oriri ex ingreſſu fundi ſæpius repetito & patientia Domini fundi præſtita. nu.85.

C.

Capientes feras beſtias contra ſuorum Principum aut Nobilium mandatum, furtum non facere. nu.100.

Capientes feras uiuarijs incluſas, aut repertas in eo fundo, cuius fructus ex Venatione conſtent, furtum facere, pœnaq́ furti plecti poſſe. nu. 102.

Cauſa rationabilis adimendi uni dominium rerum ſuarum, & dandi alteri in ſummo Principe, quæ ſit. nu. 45. & numero. 69.

Cedere diem, alio modo in contractibus, & longè diuerſo modo in legatis & fidei commiſſis accipi: nu. 2.

Collegam uel ſocium iniurium alijs, aut damnoſum non eſſe tolerandum. nu. 67.

D.

Damnum uitare cupientem præferendum illi, qui lucrum quærit. nu. 47.

Declarantur dicta Doctorum. in. c. Non eſt. ex. de decim. nu. 94.

Declaratio ad. l. Iniuriarum. in. §. ult. ff. de iniur. (nu. 95.

Delicta non præſumi in dubio. nu. 97.

Diabolum impatientiæ patrem impatienter tuliſſe, Deum cuncta creata homini ſubieciſſe. nu. 7.

Dominia cum poſſeſſione rerum immobilium iure gentium ſecundario fuiſſe diſtincta. Additurq́ noua declaratio, ad. l. Ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. nu. 11.

Dominia

Dominia rerum uná cum naturali poſſeßione ſuum habere initium. nu.10.

Dominium rerum non á iure gentium, ſed á Iure diuino eſſe, aduerſus Bar. & cõmunem aliorũ opinionem oſtendi. (nu.8. & nu.10.

E.

Epiſcopo Hoſtienſi ex coturnicum aucupio magnos eſſe redditus. nu.32.

F.

Fabrum ſua opera liberalium artium profeſſori moleſtum, poſſe inde expelli. nu.68.

Falcidiæ uel Trebellianicæ rationem haud iniri abſq; totius hæreditatis æſtimatione. nu.4.

Feras beſtias in territorio alicuius Principis aut Nobilis, ad quem Venatio ſolum pertineat, liberè uagantes, non poſſe dici eſſe illius Principis aut Nobilis. nu.101.

Fructuum appellatione contineri propriè hi, qui ex terra naturaliter percipiuntur, ſi modô hi renaſcantur: quamuis & fœtus pecorum & aliæ utilitates in fructu quoq; adnumerentur. nu.14.& 17.

Frugum appellatione quæ contineantur. nu.18.

G.

Gymnaſia illa fugienda, in quibus rixoſus aut maledicus alatur Profeſſor. nu.66.

H.

Hominem dignum fuiſſe, qui Deũ cognoſceret. nu. 12.

I.

Imperatorem conſueſſe, Vaſallis Principibus atq; nobilibus Germanis in feudorum inueſtituris concedere Venationes: & eam conceſſionem conſuetudine gentis declarari, ut ſubditis ipſo iure cenſeatur Venandi facultas adempta: eamq; Venandi facultatem rectè ademptam. (nu. 42. & nu. 70. & 71.

Imperatorem ius Reipublicæ habere. nu. 71.

Imperatores, Diocletianum & Gordianum, queſtos, quod á nomine ueritatem ſe audire dicerent. nu. 39.

Ingredi fundum alienum, inuitó domino, poſſe illum, qui iuriſdictionem in loco habet. nu. 49.

Ingredientem fundum alterius inuitó domino, iniuriarum illi fieri reum. nu. 64. Quod limita ut. nu. 49.

Iuri ſeu ſeruituti, habenti cauſam continuam, decem annis inter præſentes, uiginti inter abſentes: habenti uerò cauſam interpollatam, tanto tempore, cuius initij memoria non extet. nu. 80.

Iuriſdictionem coherere perſonæ Magiſtratus, & coherere territorio diuerſis reſpectibus. nu. 109

Iuriſdictionem

Iuriſdictionem ordinariam conſuetudine ac moribus tribui ſiue maſculo ſiue fœminæ. nu. 43.

Ius diuinum quando prohibitiuum non eſt nec pœnale, poſſe humana conſtitutione diſtingui. nu. 92.

Ius diuinum cur appelletur ius naturale, & nonnunq̃ etiam ius gentium primæuum ſeu antiquum. nu. 9.

L.

Legitimam filio non eſſe dandam ex bonis, quibus petulans ſit uicinus. nu. 65.

M.

Modica non eſſe reſpicienda. nu. 52.

P.

Partum ancillæ eſſe in fructu habendum, Bruti ſententiam probabiliorem fuiſſe. Qua in re ſeptem obſcura Papiniani, Pauli, Neratij, atq; Vlpiani Iuriſconſultorum reſponſa ab autore illuſtrata. nu. 1. & ſeq; ad num. 5.

Peccatum non remitti abſq; reſtitutione ablati, uel eius precij. nu. 57.

Percuſſio modica ſeruo illata non tribuit iniuriarum actionem domino. nu. 54.

Piſcandi in flumine publico ius quis ſolus acquirit, ſi alios inibi piſcari non patiatur, & prohibitioni non repugnent illi. nu. 84.

Piſcatorem hominum piſcatori piſcium graphicè comparari: Venatori autem ſiue hominum ſiue ferarum longè diſsimilem. nu.29.

Pœna popularium capientium feras in Germania cōtra Principum uel Nobilium prohibitionem qualis eſſe debeat. nu.99. uſq; ad numerum.101

Poſſeſsionem ſeu quaſi poſſeſsionem iuris negatiui acquiri ex prohibitione unius & patientia alterius. nu.79.

Poſſeſsionem uel quaſi iuris adfirmatiui ex actu triginta dies non ui, non precariò, non clam, repetitò acquiri. (nu.81.

Præſcribi his, quæ ſunt meræ facultatis, etſi nullo unq̃ tempore poſsit: attamen per prohibitionem unius acquirere uolentis & patientiam alterius, quaſi poſſeſsionem eorum acquiri, ac longiſsimo tum tempore illi præſcribi, dubium non eſſe. nu.63.

Præſcriptioni uim ineſſe traditionis contractus, & ueritatis. nu.86.

Precium rei iuſtum ſolui oportere domino, cui res per ſuperiorem auſferatur. nu.56. & nu.58.

Principem ſummum non poſſe ius naturale aut gentium abrogare prorſus in genere ſuo: ſed illud limitare, uel ei addere, aut detrahere, ex cauſa poſſe. nu.93.

Principem ſummū poſſe ex nationabili cauſa contra ius naturale

naturale & gentium diſponere, ac rerum dominium uni aufferre & alteri dare. nu.44.

Principes & Nobiles Germanos in ſubditorum, popularium ſyluis, Venationis ergò, ita uerſari oportere, ut non immodicè noceant. nu.113.

Principi ſummo non licere, Venationem prohibere ſubditis & concedere Nobilibus ſeu Vaſallis quoſdam plusq́ ſupinè errantes dicere auſos. nu.38.

Principibus & Nobilibus Germanis quęnám remedia competant pro tuitione iuris Venandi eis quæſiti. (nu.90.

Proprietatem iuriſdictionis dici, atq́ proprietatem fundi. nu.108.

R.

Rationem Iuriſconſulti, cur Ancillæ partus in fructu nõ ſit habẽdus, graui obiecto argumento oppugnari. nu.6. Quæ tamen poſtea numero.12. defenſa eſt, et nu.13.

Redituum appellationem, quám fructuum, generaliorem. nu.15.

Rem diſpendijs & oneribus annexam tanto minoris faciendam. nu.63.

Reſpondetur obiectis malorum cenſorum Germanicæ Venationis. nu.91.

S.

Seditioſi, qui. nu. 41.
Seruitutem prædialem ad quoſcunq; ſucceſſores, etiam ſingulares, cum prædio tranſire. nu. 106.
Seruitutem prædialem ad uſum duntaxat uicinorum prædiorum eſſe adinuentam. nu. 103.
Seruitutem perſonalem cum perſona finiri. nu. 104.
Seruitutē homini, ipſius hominis gratia cōtigiſſe. nu. 13.
Seruitutes á iure gentium eſſe. nu. 87.
Solennitatem modicam omiſſam nō obeſſe actui. nu. 53.
Spem in fortuitó euentu conſiſtentem, poſſe uendi, donari, uel ad hæredes tranſmitti: in bonis tamen noſtris eam non eſſe. nu. 60.
Sperata longé minoris fieri, quám poſſeſſa. nu. 61.

T.

Titulum aut cauſam acquiſitæ ſeruitutis pandere non teneri, qui præſcripſit. nu. 68.

V.

Vaſallis Principibus Germanis atq; Nobilibus ius Venandi in alienis agris, & agrorum Dominos á Venatione prohibendi, eſſe dudum præſcriptione quæſitum. (nu. 82.
Vaſallos Principes Germanos ac Nobiles propter malam

malam tractationem ſubditorum occaſione Venationis & ferarum, poſſe Feudis priuari. Et quid prius facto ſit opus. nu.74.77.& 121.

Vaſallos Principes Germanos & Nobiles nõ credi uetuiſſe initio ſubditis uenari, capitis pœna indicta. nu.96

Vaſallos Principes ac Nobiles Germanos teneri ſubditis ſuis damna á feris beſtijs, quas abigere probibentur, illata utroq; iure & fori & poli, ſub pœna mortalis peccati reſtituere. nu.73.

Vaſallos Principes & alios Nobiles, qui á Cæſare Feuda recipiunt, milites ipſius Cæſaris ex Feudorum conſuetudine eſſe. nu.46.

Vaſallum ob malam ſubditorum tractationem non prius Feudo iure eijci, q̃ á Domino Feudi admonitus eius rei fuerit. nu.77.

Vaſallum, qui non patitur ſubditos proficiſci ad Dominum Feudi directum, querelas de eo expoſitum, læſæ Maieſtatis fieri reum. nu.78.

Vaſallum á Domino ſuo malè tractatum, non propterea ſubditis ſuis oneroſum eſſe debere. nu.75.

Vaſallum re Domini ſui abuti, dùm ſubditos damnis afficit: ideoq; Feudo priuandum. nu.75.

Venandi licentiam ubiq; liberam, iure gentium ſecundario primùm nonnihil coanguſtatam. nu.33.

Venandi licentiam á Principibus recognoſcentibus ſuperiorem non poſſe ſubditis prohiberi. nu.36.

Venandi feras ſpem multis oneribus & ſumptui coniunctam: ac ob id longè minoris faciendā. nu.52. et nu.63.

Venari tempore ieiunij eſſe nephas. nu.35.

Venari in alienis agris probibito permodicum noceri. nu.51.

Venari in fundis, quorum reditus ex Venatione conſtent, ſi Cæſar Dominos prohibeat, teneri tamen Cæſarem ipſis Dominis fundorum pretia ſoluere. Quod ſi non faceret, diuinam Maieſtatem læſurum. nu.55. ut nu.57.

Venari per Laycos ad id conſtitutos cum clamore etiā, canibus atq; auibus, quando permiſſum ſit Clericis, Monachis, Epiſcopis, Præsbyteris & ſimilibus. nu.31.

Venari Clericis & Monachis per ſemetipſos duobus tantū caſibus abſq; tamē clamore, canibus, & auibus, licere: Epiſcopis uerò, Præsbyteris, Dyaconis, et Subdyaconis nullo caſu concedi. nu.30.

Venari feras cuiuis hominum abſq; perſonarum delectu iure naturali permiſſum. nu.50.

Venatio quando inter fructus numeretur. nu.19.

Venatio ſi facto domini ſiluæ fiat deterior, qua actione contra illos acturi ſint Germani Principes atq; Nobiles. nu.112.

Venatione

Venatione Epiſcopis, Clericis, & Monachis, item canes uel accipitres, Venationis ergò, alere, cur interdicitur. nu.27.

Venationem, quæ fructus fundi non ſit, in ſpe fragili conſiſtere. nu.59.

Venationem Germanicam inſtar realis ſeruitutis haberi, & iuriſdictionis eſſe ſeruitutem innominatam. (nu.107. & 110.

Venationem Germanicam præter omnium opinionē, eſſe ſeruitutem in fundis Popularium Iuriſdictioni Principum atq; Nobilium debitam. nu. 105.

Venatione à Cæſare Vaſallis conceſſa & ſubditis adempta, intelligi abſq; alio ſubditorum detrimento id factum. nu.72.

Venationem fermè nunq̃ abſq; diuini cultus neglectu armis, dolis, retibus, atq; inſidijs, haberi. nu.25.

Venationem ferarum à Iure diuino eſſe, quomodo intelligendum. nu.23.

Venationi Germanicæ tria ineſſe obſeruatu neceſſaria. nu.48.

Venationis ferarū generaliter ſumptæ diffinitio. nu.21.

Venationes ferarum ſtudioſiſſimi populi, qui. nu.24.

Venationis Germanicæ diffinitio. nu.119.

Venationis nomen in ſacris oraculis ſæpius in ma-

lam ꝙ in bonam partem accipi: ac ob id Venatores á ſanctis patribus malè plerumq; audiere. nu.22. & cur (nu.25.

Venatorem quemq; non legi fuiſſe ſanctum, piſcatores autem multos fuiſſe ſanctos, á ſanctis patribus tradi, cur (nu.28.

Venatorem pro inſidiatore, nonnunq; pro diabolo, aliquando pro homicida in ſacris libris accipi. nu.26.

Verbum computare, ſiue imputare, ad falcidiam uel falcidiæ fructus relatum, de precio rerum intelligi. nu.5.

Vetuſtatem in ſeruitutibus pro iure & cauſa habendam. nu.89.

Vicinum moleſtum, eſſe cauſam, ut domus illi uicina minoris ualeat. nu.64.

Voluntatem ſummi Principis pro cauſa iuſta & rationabili in transferendo dominium de uno in alium habendam. nu.69.

Vſum tanti temporis, cuius memoria in contrarium non extet, habere uim conceſſionis ſummi Principis ex certa ſcientia factæ. nu.98.

ERRATA, QVAE PRAELO irrepſerunt grauiora.

In libro De Ro: Imperio.

Sub nu. 24. legendũ eſt: licet teſtamentũ Pagani ſic. Sub nu. 42. ibi, indico eſſe, legendũ eſt: indico ipſe. nu. 47. ibi, ſic mihi, legendũ: ſic inibi. nu. 62. ibi, hoc loco nobis, legendũ: uobis. nu. 151. ibi, Romanorum, legendum: Romanarum. In Indice ſub litera E. in fi. ibi, Equitibus auratis, legendum: Equites auratos. ſub litera M. ibi, Militũ pleniſsimã, legendum: Militibus.

In libro De Duplici Venatione.

Fol. 2. propè finem ibi, hæreditarium Ancillarum, legendum: hæreditariarum.

EXCVSSVM INGOLSTADII
per Alexandrum & Samuelem
Vueyſſenhornios fratres
Germanos.

ANNO M. D. LXIII.

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO
1971
- ROMA -